



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



14813

sc. 8. 2nd 1473

Allstadt

(Phillippe)

801882

PHILIPPI VLSTADII

PATR. N.


COELVM PHI-
LOSOPHORVM,
SEV LIBER:

DE SECRETIS NATVRAE, ID
est: quomodo non solum è Vino, sed etiam ex
omnibus Metallis, Fructibus, Radicibus, Herbis,
Quinta Essentia, sive Aqua vite, ad conserv-
tionem humani Corporis educi
debeat.

ACCESSIT IOANNIS ANTONII
Campesii Directorium Summæ Sum-
marum Medicinæ.

NUNC AVTEM RECENS APPROBIMVS
Rosarium Philosophorum, M. Arnaldi de
Villanova.

Editio emendatio & annotationibus locupletior.



AVGVSTAE TREBOCORVM.

Typis Caspari Dietzelii, & Hæredum Christophori
ab Heyden Bibliopol.

ANNO M. DC. XXX.



AD LECTOREM.

Habes amice Lector eam Medi-
cina partem vel nobilissimam,
qua non succus aliquis ama-
rus agrè impingitur, aut cras-
sa rerum mistura corpori hu-
mano in Medicamentum cedit. Verum ut ea-
rundem purior secretiorq₃ potest, ceu ani-
mula quapiam rebus artificio subducta, sese
spiritibus nostris insinuat, vitamq₃ vegetiore
reddit. Rem sanè, quæ perinde nostri sæculi
vulgò mediculis incognita erat diu, sic popello
huius ope egenti desiderata diutius, quæq₃ à
clarissimis primum inventa Medicis, ac pro-
cessu operosius exculpta, principibus solum viris
Cæsaribus, Regibus, ac Ducibus vel Medico-
rum industria fuerat familiaris Medicina,
nunc Dei optimi benignitate plebi & salubris
& communis ut fieret, ex opera hoc opere cu-
ravit Vlstadius. Laudent licet alij adversum
savissimas agritudines nobilem Theriaces
opem, alij contra affectuum messem Mithri-
datis Medicamentum miris præconiis excla-
ment ἀλαζηνία, nimirum pro suis facultati-
bus nunquam satis commendata, sed ea, quod

Ad Lectorem.

*crassa undiq³, conflantur materia, haud alios-
quàm corporeos pellunt morbos. Hoc autem
quis non planè probabit? quod non modò ut
corporis pellat morbos, efficacissimum est, ve-
rùm his pulsis, tam spiritum adauget, quàm
vitam mirificè prolongare potens est, quo vel
maximè omnium fieri solet, ut quemadmo-
dum elementis, humoribus, membris, reliquis-
que corporis particularis, spiritus praestat o-
mnibus, sic quae hunc servant resoventq³, Me-
dicamenta, terrenis, crassis, impurisq³, mem-
brorum remediis praesentia magis sunt. Qua-
re optime Lector, hanc Vlstadij Lucubration-
culam vel qualemcunq³, bonè consule, atque
miserè ex spiritu laborantibus, hac rerum
crassissimarum secretionem salubriter consultū
esse tibi persuadeas, quae morbum regium, at-
tonitionem, cōvulsionem letalem, lethargum,
delirium, spiritum jam deficientem, aut his
similes animi pereuntis aegritudines, non
maiore fide ac dexteritate ar-
cebis unquam. Vale.
benè.*

STRE-

STRENUO AC
NOBILI FOELICI DE
Gennasio, Valentino, Delphi-
nali Domino, & contribuli, Philip-
pus Vlstadius.

S. D. P.



IVALES benè est, ego
quidem Dei benignitate
optimè valeo. Fœlix o-
mnium fœlicissime. Sem-
per animo volui, quid ti-

bi pro innumeris in me collatis be-
neficiis possem referre, qui sciam in-
gratitudinem omni vitio ab omni-
bus detestari magis. Quare venit in-
mentem, parvum hoc, quicquid est,
literarum munus, vel nostra diligen-
tia ex variorum Authorum lectione
congestum, tibi dicare, tuiq; nominis
præsidio in lucem edere, quod & æ-
quo animo te suscepturum minimè
diffido. Tametsi breve admodum ac
succinctum sit, id tamen te maximè
oblectaturum non dubito, tum quod
novarum Medicinarum & antiqua-

); (3

rum sit velut repositorium, tam quòd perobscurè à Iohanne de Rupescissa, Raymundo Lullio, Arnol- do de Villanova, Alberto magno, se- cretorum Naturæ rerum summis in- dagatoribus scripta sint, tam Philoso- phica, quàm Medica & Alchymica pleraq; , atque adeò ut à paucis, imò quasi nullis, nostra ætate intelligi pos- sunt. Quod eò fieri augurandum est, quòd veterum dogmatum, libro- rumq; hætenus nihil, vel parum vi- derint. Ad paucorum enim manus pervenisse video Mercuriorum li- brum aut Testamentum, aut Codicil- lum, aut reliquos Raymundi libros, quos si desideramus, haud facilè ad optatum finem pertingere licebit. Tamen si nō ignorem, optimos libros esse quibusdam, qui tamen ab ignaris rerum naturæ contemnuntur atque anicularum fabulis posthabètur, quo vel maximè fit, ut non immeritò meæ huic fœturæ illudum iri metuam, cum idipsum Lullio huius disciplinæ ex- pertissimo acciderit: Quare cū tan- to viro Zoili non defuerint, operi ego
meo

meo insidias poni ab invidorum linguis facile coniicio. Quosdam enim vel doctiores ac Philosophos naturæ secreta abdita inquirentes, male habebit, opus tam à multis cælatū diu, in lucem edi, omnibus commune fieri, Indocti verò contrà, non quòd labori invideant, sed quod minus intelligant, exhibilare non desinent: Quare mi Fœlix suavissime, hanc nostram Lucubratiunculam tuo obtutu editam, à lividorum defende linguis, atque ideò magis, quòd non ad scientiæ ostentationem, neq; laudis nanciſcendæ gratia, verùm ut communi hominum generi prodesſet, sit facta. Vale eximium Delphinalium Heroum decus, & me, ut soles

ama. *Ex Friburgo Helvetica.*

PROLOGVS.

Permultos veterum authorum scripsisse:
præclara volumina, cum de Quintâ
Essentiâ, tum de Auro potabili atque
aquis vitulibus composita, nemo est qui
nescit, id ipsum verò à recentioribus factum
esse itidem patet. Cum autem omnes, qui de
arte hac aliquid ediderint, adeò minutim,
aut concisim, tamq̃, obscure scripserunt, ut
vel diligentissimis rei rimatoribus in errorem
labi, quàm fructum consequi promptius fue-
rit, quos ut seduci misere cognovimus, non po-
tuimus non aliquam certiore dare institu-
tionem, qua artis theorematà & operatio-
nem contineret, qua servata ad destinatum
effectum ire facile possemus. Edidimus autem
hunc librum, fatemur, sermone incompósito
ac præmature nimis, quod eo factum esse pu-
tato, primum ne misere laborantibus id tem-
poris quo celandus erat, deesset huius Medici-
na, tum ut tyrunculis rudis sermo esset aper-
tior. Sed jam ad institutum aggredia-
mur, regula generali præ-
missa.

CA-

CANON GE- *neralis.*

S Tellarum vim, quæ Cœlo Philo-
sophico applicantur, cuiuscun-
que sint complexionis, Natu-
ræ, seu proprietatis, ipsum cœlum
perfectissimè ad se trahit, Raymundo
Lullio, Arnolfo de Villa-nova
& Iohanne de Rupescissa
Authoribus.



):(s

I N.

INDEX CAPI- TVM.

- C** Apud I. Quid sit Quinta Essentia cuiuslibet materia simplicis 1.
- II.** Quomodo extrahitur Quinta Essentia Viniper distillatorium 8.
- III.** Quomodo materia rudis, distillationi minus obediens debeat putrescere 14.
- IV.** Quomodo possit cognosci, an Vinum digestum circulatoria distillationi sit aptum 18.
- V.** Quomodo & quot modis sit distillandum circulatorie 22.
- VI.** Qua sit differentia inter digestionem & circulationem 24.
- VII.** De modo extrahendi Quintam Essentiam absq; ullo labore vel expensa 27.
- VIII.** De modo facili distillandi circulatorie, & extrahendi Q. Essentiam absq; ullo igne 30.
- IX.** De modo extrahendi Q. Essentiam à quatuor elementis ad resolvendum in ea Solem pro auro potabile 35.
- X.** Quomodo fiat Q. Essentia ad resolvendum Solem pro tincturis 39.
- XI.** De modo extrahendi Quintam Essentiam, in qua potest resolvi aurum, ad faciendum aurum potabile. 59.
- XII.** Quomodo extrahenda sit Q. Essentia à Melle, qua ingreditur aurum potabile 63.
- XIII.** Quomodo extrahenda sit Quinta Essentia ex Chelidonia. 67.
- XIV.** De modo extrahendi Q. Essentiam ex sanguine humano, ovis, carnibus &c. 76.
- XV.** De

INDEX CAPITVM

- XV.** De modo extrahendi Q. Essentiam ex pomis, piris, & aliis fructibus 78.
- XVI.** De modo extrahendi Quintam Essentiam à floribus, herbis, & radicibus 79.
- XVII.** Quomodo extrahenda sit Quinta Essentia ab Antimonio 84.
- XVIII.** De modo extrahendi Quintam Essentiam à Sole 85.
- XIX.** De modo distillandi per descensum 90.
- XX.** De modo claudendi Vasa sigillo Hermetis 94.
- XXI.** De modo distillandi acetum & urinam humanam, in quibus omnia metalla calcinata resolvi possunt 96.
- XXII.** De modo distillandi mel, quod ipsum aurum potabile ingreditur 98.
- XXIII.** De auro potabili communi 100.
- XXIV.** De auro potabili absq; aqua forti 107
- XXV.** De auro potabili absq; terra & aqua forti 114.
- XXVI.** De Auro potabili cum speciebus aromaticis 123.
- XXVII.** De Auro potabili ex floribus cordialibus 126.
- XXVIII.** De Auro potabili ex Quinta Essentia per lapidem 128.
- XXIX.** De Auro potabili cum melle 135.
- XXX.** De Auro potabili ex solo Auro & Aqua Vita 136.
- XXXI.** De Auro potabili cuiusdam Episcopi Trevisensis 137.
- XXXII.** De Auro potabili ex Vino Graco & similibus, & speciebus aromaticis. 143.
- De alio

INDEX CAPITVM.

XXXIII.	<i>De alio Auro potabili excellenti</i>	147.
XXXIV.	<i>De Auro potabili cum gemmis</i>	148.
XXXV.	<i>De Auro potabili ad paralyſim</i>	150.
XXXVI.	<i>De alio Auro potabili bono</i>	152.
XXXVII.	<i>De alio Auro potabili cū aqua forti</i>	153.
XXXVIII.	<i>De alio Auro potabili</i>	154.
XXXIX.	<i>De Auro potabili Solatis</i>	158.
XL.	<i>De alio Auro potabili</i>	160.
XLI.	<i>De alio Auro potabili pretioſiſſimo</i>	160.
XLII.	<i>De Auro potabili Vegetabili</i>	162.
XLIII.	<i>De ultimo Auro potabili</i>	166.
XLIV.	<i>De Aqua Vita compoſita pro hominibus frigida complexionis Vel regionis</i>	169.
XLV.	<i>De Aqua Vita compoſita Friderici tertij Imperatoris</i>	172.
XLVI.	<i>De alia Aqua Vita compoſita</i>	173.
XLVII.	<i>De alia Aqua Vita compoſita</i>	175.
XLVIII.	<i>De alia Aqua Vita compoſita</i>	176.
XLIX.	<i>De alia Aqua Vita compoſita</i>	176.
L.	<i>De alia Aqua Vita compoſita, qua utebatur quidam Comes Palatinus</i>	177.
LI.	<i>De alia pretioſa Aqua Vita compoſita</i>	178.
LII.	<i>De alia Aqua Vita compoſita bona</i>	182.
LIII.	<i>De alia Aqua Vita compoſita</i>	186.
LIV.	<i>De alia Aqua Vita compoſita</i>	186.
LV.	<i>De alia Aqua Vita compoſita, qua valet ad Vertiginem capitis, Et paralyſim</i>	187.
LVI.	<i>De alia Aqua Vita compoſita Valde precioſa.</i>	187.
LVII.	<i>De alia Aqua Vita compoſita omnium aliarum precioſiſſima.</i>	190.

COE-

COELVM

PHILOSOPHO-
RVM, VEL DE SECRE-
TIS NATURAE, PHILIPPI
Vlstadij Liber, rei medicæ
Studiosis utilissimus.

CAPUT I.

*Quid sit Quinta Essentia cuiuslibet mate-
ria simplicis, & ad quid conducat.*



RIMVM ERGO SCIEN-
dum, quid Essentia Quinta
cuiuslibet rei & materiæ sim-
plicis sit, quo cognito, & faci-
lius reliqua liquebunt. Marco
enim Cicerone teste, Omnis ea

*Quid Quinta
Essentia.*

quæ de re aliquâ datur institutio, à definitione
proficisci debet, ut intelligatur de quo sermo
habendus sit. Quare Q. Essent. fito esse quintû
Esse rei cuiuslibet habentis formam & speciem,
& animam subtilissimam, extractam à corpore
suo tanquàm à materiâ crassiori, & superflui-
tate quatuor Elementorum per subtilissimam
& extremam distillationem, quæ ut fiat, infrâ
docebitur. Cæterùm ne miretur aliquis, quòd
à nostris hominibus fuerit incognita diu ars
ista: multi enim priscorum Philosophorum sic
in hâc re laborarunt, ut per eam hominis vitam
nutrent, foverent, atque longissimam tribue-

*Arts ista diu
incognita.*

A rent;

rent: mortem differrent, statutumque Naturæ terminum attingerent, neque tamen, quod vanis promittere facile est, vitam ipsam supra statutū à Deo finem prolongarent, id quod Paulus ait: Omnibus semel moriendum esse, quare corruptibili aliquo medicamento vitam perpetuò servare incorruptam, ut naturæ alienum est, sic hanc in omnem servare ætatem illam medicamento incorruptioni vicino, natura potens est: quod ut optimè fiat, optimum antidotum est Quinta Essentia. Quæ quum res elementaris non sit, sed ceu anima quæpiam à suo corpore secreta, ita ut nulla in eâ remaneat qualitas frigida aut calida: humida vel sicca, quæ habent in se quatuor elementa, reliquaquæ omnia mixta. Quo vel maximè fit, ut incorruptibili naturæ sit proximum quintum hoc Esse, sic ut quicquid ei commisceatur, incorruptibilè quodammodo esse videatur. Nam confert & restituit omnes vires elementorū excrementa homini ademptas. Et est spiritus vitæ, cum digerat cuncta indigestibilia, abscindatquæ omnes qualitates superfluas, carnes à corruptione conservet, elementata confortet, juventutē pristinam restauret, spiritum vivificet, molle induret, durum mollificet, spissum rarificet, tenue inspisset, macrum impinguet, pingue extenuet, calidum infrigidet, frigidum inflammet, humidum desiccet, desiccatum humectet, repellatquæ omnem complexionem corpori adversam: proinde humorum superfluatorum incommoda extinguit, calorem naturalem instaurat, ita ut ad vitæ sustentationē à summis Philosophis convenientius

*Natura potest medicina
essentia a se
nem homi-
nis servare
illam.*

*Vitalis
Essentia.*

tius inveniri nihil potuit unquam. Iam verò Quinta licet Essentia habeat aliquando complexionem rei sibi adjunctæ, (nam cuicunq; rei complexionatæ adiungitur, illius ad se complexionem trahit) tamen si est sola per se, nullam omnino ex quatuor qualitatibus, etiam non ex aëre, in se habet.

Quartò ergò & ultimò, scias etiam ipsam Quintam Essentiam non habere aliquid de elemento terreo, frigido vel sicco, quia melancholicas ægritudines (quæ frigidæ sunt & siccæ) curat. Ergò pro conclusione vides ipsam nec esse calidam vel frigidam, nec humidam vel siccam, quum sit restemperatæ naturæ, excedens omnia elementa quæ sub cœlo sunt. Quum enim administratur alicui, facit ipsum corpus temperatum, nec à temperantiâ suâ recedit, assumendo aliquam qualitatem vel complexionum. Nec etiam sequitur, quòd sit medicina infirmitatum frigidarum, propterea quòd sit naturæ calidæ, nec etiam cum curet calidas, quòd sit frigidæ. Nam duo contraria non possunt in uno corpore existere, quia unum contrarium ab alio expellitur. Ideò videmus, ipsam non debere dici calidam vel frigidam, nec siccam vel humidam, ex quo curat phthisicos, qui sunt calidi & sicci, & hydropicos, qui sunt humidi & frigidi; sed omnes illæ quatuor qualitates in eâ sunt corruptæ & sublatae penitus. Et quanquam non sit elementum, est tamen res temperata, per elementa ipsa purificata, & extracta à fecibus quatuor elementorū, quæ sunt corruptionis causa potissima. Segregantur igitur

*Excellentia
Q. Essentia*

*Alia diffin.
Q. Essentia*

tur illæ feces sicut corpus grossissimum à suâ materiâ tanquàm ab animâ subtilissimâ per scientiam distillationum.


Quia Quinta Essentia vocabulum commune est omnium rerum quæ formam habent & speciem ad extrahendum ab ipsâ re : & licet potissimum de vino intelligatur, tamen quàm plures sunt aliæ materiæ ex quibus elici & educi potest ipsa Quinta Essentia, sicuti ex omnibus metallis, ex omnibus fructibus, ex carne, ex ovis, radicibus, herbis, & alijs quàm pluribus sicut infra docebitur. Sed tamen omnia alia excellit quintum Esse propter nimiam suam subtilitatem & ideò à quàm pluribus Philosophorū fuit appellatum Cœlum Philosophorū. Nam sicut ipsum cœlum se habet erga quatuor elementa, ita etiâ se habet Cœlum hoc Philosophorum (Quintam Essentiam puto) erga quatuor qualitates corporis humani, quod ex ipsis elementis compositum est. Appellatur etiam à quibusdam Aqua ardens, quoniam in Igne, dummodo sit ad suam perfectionem & extremam distillationem deducta, nullam superfluum humiditatem in ipso vase relinquens, (ut infra de modo ipsam cognoscendi docebitur) comburitur. A quibusdam verò dicitur ipsa anima vini. Nam sicut ipsa anima nobilior est suo corpore, sic etiâ ipsa Quinta Essentia, quæ per veram distillationem extrahitur, nobilior est ipso vino ex quo educitur. Nuncupatur quoq; ab alijs Aqua vitæ eo quòd vitam humanam à corruptione conservet, utur videmus, quòd administratur habentibus syncopim. Et quia vario modo extrahitur,

*Ex omnibus
velut potest
educi Quin-
ta Essentia.*

*A diversa
diversa no-
mina Q. Es-
sentiæ sortitur.*

hitur, statim, ad distillandum aquam vitæ furni forma depicta, et primo modo extrahendi dicemus.

Forma Furni ad distillandum Aquam Vitæ.




CAPUT

*Quomodo extrahitur Quinta Essentia per
distillatorium.*

Cognito ergò quid sit Quinta Essentia, & ad quid conducatur, siue propter quid sit reperta, perpendendū & considerandum est, per quot modos possit extrahi, & à quibus rebus. Et quia extrahitur à rebus humidis, siccis, calidis, & frigidis, primò dicemus quomodo extrahitur ab humidis, sicut de ipso vino, & hoc fit ita: Recipe de vino rubeo optimo, parum ad dulcedinem declinante, quod nullo modo sit mixtum aut sophisticatum, sed sit planè naturalè, nō nimis recens, nec etiam nimis vetus, sed temperatæ ætatis. Aut si non poteris habere vinum rubrum, accipe album optimum in quantitate, quàm volueris, &


*Quinta Es-
sentia à vi-
no.*

Cucurbita.




Lutum.

ponatur in Cucurbitam hanc, usq; quo duæ partes sint plenz, & tertia vacua. Postea superimponatur Alembicus cū rostro, sicut hic est depictus: ita quòd rostrū ingrediatur superiorem partem ipsius receptaculi, cuius forma hæc est. Et omnia benè ludentur cum luto factò ex papyro, longo tempore madefacta. vel ex farina & albumine ovorum facta mixtura ad spissitudi-



Caput A
lembis.

figuram mellis. Potest etiam fieri secundum
Raimundum Lullium, cum olibano vel mastice





Vas luteum
in quo est
vinum pro
Quinta Es-
sentia distil-
landa.

A + molli,

molli, vel cum pulvere calcis vivæ, incorpo ato
cum albumine ovi, Et cum tali lu o lut ntur
supradicta tria vasa, ne
exhalet virtus animalis
& vegetativa ex materiâ
distillanda. Et vasa ita
sint lutata, ut suprâ. Hoc
facto ponatur cucurbita
in annulum multa fora-
mina habentem, qui di-
citur Tripes arcanarum,
cuius forma hæc est.

tripes.

Postea ponatur tri-
pes super furnum ha-
bentē caldare amplum,
sicut est Balneum Ma-
riæ, ita quòd caldare repleatur pro dimidio, vel



pro duabus tertiis cum aquâ. Forma autem
caldaris hîc superiùs est.

Et tripes ponatur super dictum caldare, & sit
immuratum ipsum caldare. Vel ponatur in
furnum

furnum Accidæ, qui circa finem huius Capituli depingetur, subtrusquæ facito ignem lentum, semper parum augmentando ipsum. Et quando ipsa cucurbita tepescit, non ultra augebis ignem, sed semper imitare ipsam Naturam, in quantum tibi erit possibile. Nam ipsa

*Quæritur
quis in di-
stillatione
augmen-
tando.*



*Furnus
accidæ.*

Quatuor ignis
gradus.

Natura (ut ait Galen. & Lullius in Luc. Mercur.) nihil violenti potest pati absque primævi corruptione. Quatuor enim, teste Avicenna, caloris sunt gradus, secundum quatuor complexionēs aut qualitates. Quorum primus est tepidus, scilicet ut aqua tepida: ita calefacta, ut nullum in eā immissum ex membris possit lædi. Secundus verò gradus est calidus, ita ut possit sufferri ab aliquo membro humano citra læsionem. Tertius gradus calidus est, ut si membrum immissum fuerit, ex ipsâ possit offendi caliditate, & est gradus proximus ebullitioni. Quartus verò caloris gradus ita vehemens est, ut nullo modo caliditas possit tolerari, quia excedit nimium in calore, & hic gradus est ipsa ebullitio. Dicitur autem à quibusdam ignis balnei, ignis primi gradus. Ignis verò cinerum, ignis secundi gradus. Ultimò verò ignis ardens tertii gradus. Quartus autem rejicitur. Secundum verò alios Artistas, ignis balnei est in primo gradu. Ignis cinerum in secundo gradu. Ignis arenæ in tertio. Si verò esset procedendum ad ignem quarti gradus: (quod rarissimè fit:) loco arenæ ponatur limatura Martis, & erit ignis ferventissimus. Et tunc ipsa cucurbita debet undiq; lutari cum argilla, sicut fit in distillatione aquæ fortis, ne ex nimio calore rumperetur, quia limatura Martis quodammodo candescit. Et per hos quatuor ultimos gradus poteris optimè regere ignem, quia secundum Avicennam vix poteris, vel cum maximo labore. Circa hoc velim diligentē huius artis sectatorem, id est, qui distillandi velit obire ministerium,

rium, notare, quòd in omni & quacunq; distillatione ignis nunquam debet augmentari usq; ad quartum gradum, quia ignis esset violentior quàm natura materiæ distillandæ possit sufferre, & exconsequenti posset violari ipsa natura ex nimio & violento calore. Et idè ab omnibus Artistis iste quartus modus rescitur. Ideòque sunt quidam Aromatarij, Pharmacopolæ, & cæteri id genus alii, quibus immeritò facultas distillandi permittitur, quum id Philosophorum & Medicorum (qui naturæ sunt indagatores) peculiare sit officium. Natura enim ipsa à Deo optimo maximo ita fuit ordinata, ut nihil vehemens possit compati, absque sui ipsius corruptione: sicut ex multis Philosophorum potest probari opinionibus. Ideò consulo huius artis amatoribus, ut hoc in opus egregium à divinâ providentiâ ad humanæ conservationem vitæ nobis datum, nullo modo sese intromittant, nisi istorum quatuor caloris graduum perfectam habuerint cognitionem, eosque & ignem, ut per omnia debet fieri, sciant temperare. Et idè in primâ distillatione faciendus est ignis cum carbonibus lenibus, vel cum ligno valdè sicco usque ad finem tertii gradus caloris, ita ut balneum propemodum bulliat. In secundâ autè distillatione descendes, faciendò ignem, ipsùmque minues per tertiam partem unius gradus, vel ad duas tertias, & propemodum ad unum gradum, ut quasi sit diminutus usque ad secundum gradum. In tertiâ verò distillatione ita semper descendes, gradatim minuendo ignem, usq; quòd redigatur ad secundum gradum,

Ignis nō debet in arduis distillandis augmentari usq; ad quartum gradum.

Quibus distillandi facultas permittenda sit.

Quomodo in distillatione descendendum in temperamento ignis.

& tertiam partem unius gradus. In quartâ autem minuatur usque ad secundum gradum. In quintâ sic descendes, aut ignis sit unius gradus, & duæ tertiæ unius gradus. In sextâ sic decreseat, ut ad primum reducat gradum cum unâ tertiâ. In septimâ verò & ultimâ distillatione ignis ita est leniendus, ut ad primum caloris gradum (quæ est tepiditas) perducatur, & non ultra descendes. Et nota quòd quilibet caloris gradus habet tria intervalla: Principium scilicet, Medium, & Finem. Hoc autem ulterius ita est intelligendum, quare gradus caloris sint semper minuendi, quia in primâ distillatione materia est grossissima, ita ut distillationi facilè obedire nullo modo possit, propter impuritatem & crudam substantiam, & per hoc non est similis aliis sequentibus distillationibus, secundæ vel tertiæ, aliisque subsequenter. Ideoque in primâ distillatione, ignis est exaltandus per unum gradum usque ad tertium, ita quòd ultimam tertij gradus partem attingat, & balneum sit calidissimum, non tamen debet bullire. In secundâ distillatione lenius est agendum, quia per primam grossities materię aliquantulum est attenuata, & ideo non adeò magni ignis est indigens. Et in tertia tanto subtilius, & ita semper descendendo paulatim in qualibet distillatione extenuabis ignem. Quia ut jam sæpius dictum est, si nimium cogeret ipsam substantiam quæ debet distillari, natura ipsa corrumpetur. Ait enim Galenus & Aristoteles, quòd Natura est incompatibilis, & motus vehementioris. Ideoque ea qua poteris diligentia perspicuendum & per-


lustran-

*Aristot. lib.
2. Physicor.*

Iustrandum est totis animi viribus & conatibus, ne intemperandis caloris gradibus deficias, quia in hoc vera omnium distillationū ars consistit. Ideòq; totam rei substantiā apertè declarare volumus, ne mella absyathiis miscuisse videamur.

*Intemperans
dis ignis gra-
dibus consi-
stis ars dis-
tillandi.*

Alius Furnus Accidua.



CAPUT III.

Quomodo materia rudis, distillationi minime obediens, debeat putrefieri.


OMni diligentia & accurata industria considerandum est, cuius substantiæ sit ipsa materia digerenda, duræ scilicet vel mollis: hoc est, grossæ vel subtilis, & quâ aut quâ arte possit putrefieri aut digeri, ut obediat magis distillationi, & ut purum ab impuro, grossum à subtili, & contra, possit sequestrari. Quicquid igitur hoc sit, ex quo extrahere velis Quintam Essentiam per distillationem, primum & antè omnia in fimo equino, cui nullus color per accidens attribuitur, putrefiat, & digeratur per duos menses, & iterum inter primam & secundam distillationem per unum mensem, inter secundam & tertiam per tres hebdomadas, inter tertiam & quartam per quindecim dies, inter quartam & quintam per dies octo, inter quintam & sextam per dies quatuor, inter sextam & septimam per duos dies. Et scias quod fimus semper debet esse eiusdem caloris, quia si calor deficeret, aquæ circulatio corrumpetur; & per consequens materia ipsa quæ in Quintam Essentiam deberet redigi, separaretur in calore cœli, quod poteris in diametrali lineâ videre, quæ ipsam Quintam Essentiam, quæ est pars superior, dividit à suis fecibus, & hæc est pars inferior. Et hîc notabis, hos gradus digestionis & putrefactionis materiæ suæ ita attribuendos esse, sicut in præ de gradibus

Gradus putrefactionis septem.

bus caloris narratum est. Iccirco longiori putrefactione opus est ante distillationem quàm postea. Et facta primâ distillatione, materia ipsa non tantum grossitici in se continet, & magis est apta ad faciendam Quintam Essentiam quàm erat antea. Et ideo post primam distillationem putrefactio debet fieri breviori tempore quàm antea, quia materia est effecta subtilior & defecatio quàm erat. Et ideo non immerito perpendendum est, debere fieri septem digestiones seu putrefactiones, sicut & septem distillationes.


Modus putrefaciendi materiam.

Modus autem digerendi secundum Philosophorum opiniones hoc modo traditur: Qui vult tale opus perficere: faciat foveam quinque pedum profundam, largâ verò duorum pedum,



vel paulò plus, in tali formâ, in loco humidissimo, sicut in aliquo cellario, qua facta, fiat stratum in fundo eiusdem de calce vivâ per spissitudinem semipedis, super quo strato fiat aliud de fimo equino non nimis putrefacto, vel etiam nimis recenti, super quo strato impones vas ipsum

ipsum in quo est materia fermentanda. Et in circuitu vasis undequaq; ponatur de ipso fimo, donec tota fovea impleatur. Quo facto made fiat fimus cum aquâ tepidâ secundum magnitudinem & quantitatem fossæ, donec dignoscatur calor circa vas aut cucurbitam, & hoc fit communiter in spacio dimidiæ horæ. Si autem non fiat in mediâ horâ, superinfundatur ulterius de aquâ tepidâ, & hoc fiat tribus vel quatuor vicibus in hebdomadâ, itâ tamen quod calx & fimus vetus semper amoveatur, & de novo alia fiant strata, ut superius dictum est. Et hic modus debet servari in omnibus rebus quas distillare volueris, & idè sit digestio, quod leniter & absque ullo naturæ vehementi motu, actione, & mutatione, materia grossa magis subtilietur, & distillationi obediat. Digestiva verò variè ordinantur, secundum quatuor gradus caloris, itâ quod in primâ magis sit operandum quàm in secundâ, tertiâ, quartâ, & aliis, sicut de calefactione balnei prius dictum est. Ideoque in secundâ digestionem temperatius est agendum, & stratum de calce sit magis tenue, stratumque fimi magis superelevatum quàm in primâ, & ita ulterius in digestionibus procedes usque ad ultimam, in quâ non debet fieri stratum de calce, sed tantum de fimo. Potest etiam fieri digestio, ponendo ipsam cucurbitam cum materiâ digerenda per aliquod tempus ad solem in diebus canicularibus. Vel potest etiam poni ipsa materia digerenda in suâ phialâ sive cucurbitâ super furnum sive fornacem aliquam tempore hyemis. Potest etiam fieri aliqua putrefactio



refractio in speculo calybis, ita quod materia digerenda ponatur ad solem, inter ipsum solem & speculum, ita quod radii solares ad id reverberent, & ex calefactione istâ potest fieri digestio principaliter in diebus canicularibus. Aut quod cucurbita ponatur eisdem diebus in vase impleto arena, & calefiat paulatim cum aquâ tepida, & cucurbita regatur ab ipsa arena pro duabus tertiis. Aut quod ponatur vas in aquam tepidam, quodammodo in balneo Mariæ, & hoc potest fieri duplici viâ: Vna, quod habeatur caldare in collo fornacis, ita quod ignis non sit subtus, quia ex nimia ipsius ignis caliditate natura magis corrumpetur quam justificaretur. Alia via est, quod vas in quo materia est digerenda, ponatur in æstate in congerie formicarum, ita ut fundus circulatorii sit penitus sepultus, & quod sol reverberet super extremitatem, & in hoc videbis mirabilem digestionem. Septimò & ultimò potest ipsa materia digeri & putrefieri in Mense Octobri in vinacea, quia etiam

*Notabile de
Vinacea.*

Notabile de
junipero.

etiam nullum habet calorem per accidens, sicut & ipse fimus equinus, & quando botri sunt expressi, & habet etiam mirabilem operationem, dum vasa circulatoria in ipsâ sepeliantur. Et licet à quampluribus non ponantur nisi septem formæ digerendi. Isidorus tamen de Junipero ait, quod si imponantur prunæ in cineres juniperi, optimè cooperiendò ipsum cinerem, quòd possit conservari ignis in extinguibilis per totum annum. Et in hoc cinere etiam possit fieri quam optima digestio. Et hæc sufficiant de putrefactione faciendâ, & materia digerenda.

CAPUT III.


*Quomodo possit cognosci, an Vinum digestum
circulatoria distillatione sit aptum.*

At si volueris
quòd nisi
quatuor vi-
cibus debeat
digeri.

Vinum ita septem vicibus ut suprâ auditum est, digestum, poteris hoc modo, an sit ad faciendam distillationem circulatoriam aptum, probare. Accipe linteolum, & madefac in digesto vino, postea accendatur cura candela, & si vinum comburitur absque læsione & combustione lintei, non est ratum, sed est verum indicium, aliquam substantiam aqueam in eo superstitisse adhuc. Et ideo semper adhibenda est opera. ut digeratur toties, & tandiu, ut possit ex eo fieri probatio. Sunt autem nonnulli, qui dicunt zucarum debere immitti, & si sit benè rectificata, zucarum cum ipso vino planè comburi. Notabis ergò istud, ita digestum vinum nondū posse appellari Q. Essentiam, sed ipsum subjectum Quintæ Essen-

sublevis Q.
Essentia.

Essentiæ. Quum verò pannus linteus adurit cum ipso, & quod planè perdiderit omnem saporem horribilem, acutum, & sulphureum, ita quod gustanti videatur propemodum dulce, & quod nil de fumositate restet in ipsâ adustione. Et tunc tempore poteris appellare Quintam Essentiam. Sed in rebus insensibilibus, & nullum saporem habentibus advertendum est ad fumû, sicut in auro, & argento, & aliis metallis, & lapidibus pretiosis, ex quibus extrahitur aliquando Quinta Essentia, quæ aurum potabile ingreditur. Circulatoriæ verò distillationis vasa sunt diversa, à diversis tradita authoribus. Sunt enim aliqui facientes vas eo modo, quod imponatur alembicus cæcus super cucurbitam, & in supremate faciunt parvum foramen, per quod materia immittitur si-
ve extrahitur, quando debet circulatoriè distillari, & obturetur cum parva portione vitri facta ad id ut unde quaque benè recludatur, ne materia possit exspirare. Potest etiam fieri clausura de argento, eo tamen modo, ut foramen penitus sit obstrusum. Et hoc vas ab aliquibus dicitur Pellicanus. Cujus forma hæc est.




*Quomodo co-
gnoscatnr Q.
Essentia in
rebus sensi-
bilibus &
in reb. nul-
lum saporem
habentibus.*

*Vas Cæcū
circulato-
rium.*

Alij

Alij verò faciunt vas in omni parte æquale, amplum in fundo sicut in collo, Cuius forma hæc est.

Sunt etiam nonnulli qui ponunt duas cucurbitas rostris connexas, ita ut rostrum unius ingrediatur in ventrem alterius: Cuius forma hîc sequitur, Et hi possunt appellari duo Fratres, & ita materia circulariter distillanda descendit in



uno, & in alio ascendit, & iterum descendit in aliud, & aliud ascendit.

Vas quod dicitur gemini, vel duo fratres, & est vas Circulatorium.


Alij verò faciunt unū solum vas rotundum, super & suprus largum, in medio verò strictum, & habet rostrum præcedens à parte inferiori, & quan-

quando materia dicto
vasi imponitur, benè re-
cludatur cum vitreo vel
argenteo obstrusorio.

*Et forma huius Vasis
hæc est.*

Alij verò habent cu-
curbitam cum Alembi-
co cæco, sine rostro, ita
quod sint duæ cucurbi-
tæ, una super imposita
alteri, & os inferioris est
largius quàm os supe-
rioris, & optimè lute-
tur alterum super alte-
rum, cuius forma hæc
est.

Alii verò faciunt vasa
circulationis æqualia,




*Vas cæcum
circulationis*



*Vas cæcum,
sive cucur-
bita cum a-
lembico sine
rostro, ita
quod sint
duæ cucur-
bitæ, una su-
per imposita
alteri.*


ita quòd ab unâ extre-
mitate ad aliâ sint eius-
dem magnitudinis, &
in medio habet rostru,
sicut hîc est.

*Aliud Vas
circulare.*



Aliqui

Aliqui etiam faciunt vas vitreum unius fragmenti, & habet duas anfas sicut duo brachia, ita quòd anse ipsæ à superiori parte procedentes, ingrediantur ventrem inferioris, & pars superior parvum foramen cum rostris habeat, per quod immittitur & extrahitur materia circulanda, hoc modo.



*Optimè Vas
circulatoriū
Hermetis.*

Debet autem ipsum foramen optimè lutari, ut de aliis suprà dictum est. Et hoc tertium, extremumque circulatorium vocatur ab aliquibus Pellicanus, ab aliis verò alio nomine, Vas Hermetis, & est nobilissimum & accommodatissimum inter omnia circulatoria, sed rarò possunt fieri, qui vitinari adeò rudes, idiotæque sint ad formam faciendam ex uno solo fragmento. Sed si poteris artificem expertum habere, non dimittas, quin tale fiat pro auro vel argento.

CAPUT V.

*Quomodo, & quos modis sit distillandum
circulatoriè.*

CUm ergò cognoveris, supràque scripta probatione expertus fueris, materiam ante dictam per frequentem putrefactionem satis esse digestam, vasaque ad circula-

culacionem apta habueris, impone materiam in dictum vas ad circulationem nobilissimum, & reconde in fimum equinum, aut in diebus Canicularibus pone ad solem, aut in balneo Mariæ, calefactum usque ad primum gradum caloris, vel paulò plus, secundum quod videris materiam esse temperatam & subtiliatam per digestionem, & ibi longo tempore dimittatur, quo usque in Quintam Essentiam tibi desideratam convertatur, & hoc poteris ex ipso sapore cognoscere, ut superius dictum est. Et nota diligenter, quod si appareat in fundo vasis hypostasis, hoc est nubecula quædam turbida, à materiâ sua debet quàmprimum separari per distillationem, & hoc facto iterum circuletur, ut inceptum est. Aut si commodè fieri potest, debet colari in aliud vas circulatorium, ita ut grossicies materiæ in primo vase relinquatur.

*Tres modi
distillandi
circulatoriè.*

Quum ergò diligens huius artis inquisitor perceperit Quintam Essentiam in subtiliatione & purificatione materiæ vini vel fructuum, æstimet & credat simile id contingere in omnibus aliis huiusmodi. Et ideò benè credendum est opinioni & sententiæ Aristotelicæ, quòd materia ita per distillationem nobilitata & immaterialata, nō possit ultrà reduci ad formam vel spiritualitatem aliquam, quum sit sine substantiâ elementata, excedens formalitatem & corruptionem, & ideò est quasi corpus cœleste. Nam sicut ipsum cœlum se habet ad omnia inferiora, sic etiâ ipsa Quinta Essentia ad omnes complexiones & qualitates. Et quemadmodum omnia sydera cursum suum habent ex nobilissima influentia primi

*Notanda
hæc sunt.*

*Cursum Syde-
rum ex in-
fluentia pri-
mi mobilis.*

primi

primi mobilis, sic etiam cunctæ medicinæ quibus Quinta Essentia admiscetur, virtutem suam attrahunt ab ipsâ, quemadmodû Adamas ferum. Sed quoniam adeo magnum exegit laborem, & parit multum fastidij, ideóque ab omnibus floccipenditur, hinc fit ut nostrâ ætate paucissimi inveniuntur Philosophi, qui huic negotio navent operam.

CAPUT VI.


*Quid inter se distent Circulatio &
Digestio.*

*Differetia
inter circu-
lationem &
digestionē.*

Maximò opere considerandum est, quid discriminis inter circulationem & digestionem sit. Primùm ergò de vitris, quæ ad quodlibet horum necessaria sunt, dicendum. Ideóq; oportet, quòd habeas ad digestionem instrumenta, & cucubitas in superiori parte amplas, adimponendû in ipsas substantiam grossam, super quæ imponendi sunt alembici cæci, sine rostro, ita quod quando in ipsis sit digestum, possis materiam grossam extrahere, amoto alembico cæco, & imponendo alium cum rostro. Si autem materia sit clara, cum est semel distillata, & feces non immisceantur cum distillato, sicut est in ipsâ Quintâ Essentiâ vini, tunc potest capi circulatorium, ita ut infrâ & suprâ sit æquale, & amplum in unâ formâ. In medio verò debet esse strictum, & circa caput inferioris ventris habeat canale in longitudine unius digiti, in grossitudine vero sit minus digito. Sunt tamen aliqui, qui faciunt vasa ad circulandum, quæ appellantur

Pellantur Pellicani, cuius forma hæc est.

In hoc possunt res clarè digeri, & quodlibet etiam circulari potest. Sed hæc vitra, quæ sint difficilis operæ, à vitriariis nostris non possunt fieri, ut decet. Et ipse ego amicum per optimum habeo Friburgi, qui in partibus Del-



Vas Circulatorium Hermetis, quod dicitur brachiale, & secundū aliquos dicitur Pellicanus, sed meo iudicio Pellicanus melius dicitur cuius forma hic describitur.

phinatus propè Viennam voluit facere fieri huiusmodi pellicanum à vitriario quodam, sed nō potuit habere pro precio trium librarum Thuronensium, quæ sunt apud nos duo floreni Rhenenses. Quicquid tamen sit, scito, quòd hoc ipsum sicut in pretio istius instrumenti omnia alia superantur, sic etiam hoc ad omnia nobilius est, quàm quodcunque vas circulatorium quod fieri possit. Et ideo consulo omnibus huius operis studiosis, quòd si hoc vitro indigerint (dummodo vitriarium expertum invenire potuerint) nequaquam argento vel auro parcant. Est igitur differentia inter fermentandum sive digerendum, & circulandum, & præcipuè in hoc, quod considerandum est totis animi viribus, quomodo vitrum firimponendum. Dum ergò volueris digerere, accipiatur una cucurbita cum alembico cæco. Si verò materia est depurata, sumatur circulatorium, & imponatur materia digerenda, & fiat fovea, sicut suprà scriptum est, in qua fiat stratum de calce viva pul-

Vas ad circulationem optimum.

Differentia inter fermentationē, circulationē & digestionē.

B verisa-

verisata, in spissitudine trium vel quatuor digitorum, super quo fiat aliud stratum per septem aut octo digitos de fimo equino nō nimis molli & putrido, nec etiam nimis duro. Et circa circulatorium ponatur undiquē fimus in altitudine sicut est stratum de ipso. Hoc ergo facto, fovea impleatur cum terrā in altitudine unius pedis cum dimidio, & ponatur de aquā suprā vitrum, ita quòd descendendo de fimo in calcem calefaciat fimum ipsum. Et omni hebdomada renovetur calx & fimus duabus vicibus. Posset etiam poni in foveam de fimo vel vinacea recenti, absque calce. Quum verò volueris extrahere vitrum, cū materia satis est digesta, caute excipiat, ne aliquo violento motu concutiat & rumpatur. Dum verò volueris circulare, imponendum est vitrum, omni formā & modo prædicto. Excepto, quod ipsum circulatorium in supremā parte non debet esse occultatum, vel in fimo abstrusum, sed saltem inferior pars instrumenti debet reponi in calce vel in fimo, usque ad mediam partem, & ad omne minus tertiā parte debet esse extra fimum ad aërem, ut ex frigore iterum descendat, quod à calore in collum circulatoris ascendit. Et hoc etiam potest fieri in Balneo Mariæ, vel in calida arena, ponendo materiam circulandam diebus æstivis ad Solem, aut quod ponatur tempore autumnii in vinaceam recentem, postquam botri sunt expressi, sicut etiam sæpius in antecedentibus notatum est.

CAP.

CAPUT VII.

*De modo extrahendi Quintam Essentiam
absq; ullo labore &el expensa.*


Perspeximus illud Vergilianū : Non omnia possumus omnes, Præterea & illud Hesiodi in libello Opera & dies: Non uni dat cuncta Deus &c. Et cum propter nimium laborem qui semper fastidium & nauseam facit, & propter magnas expensas, quæ in hoc opere egregio non immeritò adhiberi solent, paucos admodum videamus laborare modo prædicto. Statui igitur dare modum breviorē & faciliorem, minúsque expensarum egentem. Scio enim per plures esse studiosos huius artis, qui ex ipsâ lectione nostri operis possent ab hoc egregio labore ob expensas abduci. Ideò alium modum extrahendi Quintam Essentiam vini, absque magno labore & expensâ, illis præscribemus, & est talis. Cape de vino meliori quod invenire potueris: sive sit album sive rubeum, quod parum sit dulce, & hoc distillabis per Alembicum quatuor vicibus, sicut cōmuniter fit apud nos aqua ardens, vel aqua vitæ, & sic potest fieri sæpius: melius foret, ut probatione possit apparere, ipsum satis superque esse distillatum, ita quòd cum in vas argenteum vel stanneum fuerit impositum, quod incensum penitus aduratur ita ut nulla humiditas in vase remaneat, quia hæc est vera probatio. Et vinum ita distillatum, est accommodatissimum ad hoc opus distillationis circulatoriæ. Hæc ergò materia

B 2 ita

*Pellicanus
ansatus,
vel Her-
metis.*

ita digesta & rectifica-
ta, ponatur in hunc
pellicanum ansatum,
quē nunc vas Herme-
tis nuncupamus, & ha-
beat in summitate fo-
ramen, per quod im-
mittitur & extrahitur
materia circulanda.

Quum ergo hæc ma-
teria ita fuerit in vase
benè lutato, & cum lu-
to forti cæmentato, ut
vires materiæ evapo-



rare non possint, & ex frequenti ascensione &
descensione ipsa aqua vitæ in veram Q. Essentiā
convertetur, & ipsum vinū ita distillatū, ut suprā
dictū est, cum habeat omnia quatuor elementa,
tamen per crebram motionem & agitationem,
quæ fit propter ascensum & descensum, de cor-
ruptibili in quodammodo incorruptibile transi-
ret, convertitur. Si ergo videtur per crebrū ascea-
sum & descensum distillationis, impurū à puro,
& grossū à subtili separari, quantò magis id con-
tingit in distillatorio, quia millies millesies sur-
sum & deorsum agitur, tantò magis existi-
mandum est putreficari ipsam materiam ele-
mentatam, & converti in substantiam inele-
mentatā & corpus incorruptibile. Igitur quan-
tò cælum ipsum incorruptibilius est ipsi qua-
tuor elementis, tantò magis ipsa Quinta Es-
sencia incorruptibilior est corpore elementato.
Quum autem illa sublimatio multoties fuerit
facta

*Q. Essen-
cia incor-
ruptibilis.*

facta in distillatorio prædicto, tandem aperiat
foramen quod est in summitate pellicani, & ex
ipso pretiosissimo & fragrantissimo odore po-
teris cognoscere, si sit aliquid ex quatuor ele-
mentis restans in ipsa materia, quæ debet con-
verti in Quintam Essentiam. Quia si ad Quin-
tam Essentiam perfectè venit, exibat ex circula-
torio odor fragrantissimus, ita prætiosus, ut vi-
deamur esse ad coelum elevati ex eius odore &
nimia dulcedine, & apparet quodammodo esse
fragrantia coelestis. Et si aliquem locum domus
secretum intret ille fumus, adeò replebit totam
domum, ut nihil suavius, nil amœn-
ius, nil de-
nique odorantius unquam sensitse videaris,
ita ut sit mirabile dictu & ferè incredibile. Si
quoq; ponatur in summitate turris, omnes aves
ad se attrahet, quæ circa sunt in vicinis. Si verò
contigerit quod non ita adoleat, iterum clau-
datur pellicanus, & benè lotetur, & rursus im-
ponatur ad distillationem circulatoriam tandiu,
quousque appareat effecta ipsa Quinta Essen-
tia, sive ut vult Raimundus *lib. 2. cap. 2.* Mer-
curius vegetabilis, quod semper ex odore supra
dicto poteris cognoscere. Et non solum habet
illum odorem & saporem excellentissimum,
sed etiam quandam incorruptibilem incorru-
ptionem circa alias medicinas, & certè nullam
habet adustionem in ore, sicut aqua vitæ, neq;
etiam aliquā humiditatem sive phlegma, quia
omnia materia terrestris & elementaris in fun-
do residet. Et sicut ipsum coelum est compositū
ex materia & forma, sic etiam ipsa Q. Essentia,
& ideo ipsi coelo comparatur. Nec tamen est

Q. Essentia non est omnino incorruptibilis.

*Christi-
anus ser-
mo.*

omnis corruptionis expers, quia si esset perfectissima in incorruptione, sine aliquo obstaculo faceret nostra corpora perpetua & æterna, quod ab ipso omnium creaturarum creatore non permittitur, quum statuerit nobis terminum vitæ, quem præterire non possumus, ut ait Psalmographus, quia teste Seneca, *Nihil certius est morte, & nihil incertius hora mortis.* Et ideo quum res aliqua in Quintam convertitur Essentiã, hoc non est divinum sed naturale, fit tamen cum adminiculo & juvamine omnipotentis Dei, sine quo factum est nihil.

CAPUT VIII.

De modo facili distillationis circulatoria, & extrahendi Quintam Essentiam absque Igne.

Duplex via Quin. Essent. extrahendi absque ullo Igne.

SI in hoc opere excellentissimo omnes expensas, & (quod maximum est) temporis consumptionem & perditionem subterfugere desideres, serva & hanc viam duplicem extrahendi Quintam Essentiam, poteris hoc facere absque ullo igne vel carbonibus. Prima via est hæc: Accipiatur fimus equinus, & imponatur in quoddam vas magnum & profundum, vel in foveam factam ad hoc, & in medio fimi ponatur distillatorium impletum cum materia distillanda ad duas tertias, & tertia pars remaneat extra fimum vacua, quia Natura id desiderat, ut materia possit habere ascensum & descensum, & possit per consequens in aquam clarissimam converti, & hoc fit absque ullo labore vel

veligne: tamen oportet omni hebdomada renovare fimum, saltem unâ vice. Et hoc etiam potest fieri in vinacea, ut suprâ dictum est, dummodo accipiatur tempore vindemiæ, statim cum botri in torculari expressi sunt, & in hoc videbis mirabilem operationem. Vel etiam potest fieri diebus canicularibus ad Solem. Et ided divina providentia æquè pauperibus ac divitibus providit, ut possint habere modum operationis huius artis. Potest etiam extrahi Quinta Essentia ex vino turbido, immundo & putrido, dum tamen non sit acetosum, quia tunc præsumendum est, ipsam Quintam Essentiam ex tali vino exhalasse, & evaporatam esse, ut ait Lullius lib. 1. cap. 3. Et quanquàm vinum sit putridum & pessimæ substantiæ tamen in ipso temper remanet Quinta Essentia, quod potest ex hoc cognosci: Quum enim habes vinum corruptum quod in bono loco sit natum, & sit aliquo modo factum turbidum, aut malè saporosum, tamen videmus de eo fieri optimam aquam vitæ. Et ided non est reiiciendum tale vinum à pauperibus. Licet enim vinum sit imperfectum, & aliquo modo corruptum, illius tamen Quinta Essentia nullo modo est læsa.


Ex omni vino, immundiſſimo, sed nō acetoso, potest extrahi Quinta Essentia.

Alia Via extrahendi Quintam Essentiam absq; ullo labore vel Igne est hæc.

Recipe nobilissimam aquam vitæ quam poteris reperire, ponatur in vitrum cum collo longo, habente in summitate foramen, quod debet claudi, & lutari cum tali cera, ut infrâ docebitur. Vertatur vitrum, & cum collo im-

Secunda via extrahendi Quinta Essentiam absq; igne

natur in fimum, sicut supra multoties dictum est, ita quòd grossities materiæ resideat in fundo ipsius distillatorii, & quū aliquandiu longo tempore fuerit in fimo sepultum, denuo extrahatur ab ipso leniter, in forma, sicut est impositum. *Cuius forma hac est.*




Tunc videbis separationem puri ab impuro, & subtilis à grosso, & omnis materia grossa erit circa collum vitri. Recipe ergò stillum ferreū subtilem & acutum, infigatur ab inferius in ceram, usq; quo sit perforata usque ad aquam. Postea extrahe stillum illum, & exhibit grossities materiæ terrestres, quæ in collo distillatorii residebat. Et postquam totam divideris usque ad subtilitatem Q. Essentiæ, vertatur distillatorium cum digito obstrusum, & residuum quod in vitro permanet, est ipsa Quinta Essentia. Sed tamen non est ita preciosa, sicut illa de quâ supra diximus.

Simili modo potest capi aqua ardens, in vitrum posita, directè ut non vertatur, & ita sepe liatur in fimo per aliquod tempus. Postea coletur materia grossa, quæ residet in fundo, à subtiliori permanente circa collum vasis, tamen etiam non est ita efficax sicut prima. Attrahit tamen omnes virtutes herbarum, & aliarum materialium, & ideò non est omninò vilipendenda. Reperiuntur etiam multò faciliores viæ pro inopibus & pauperibus, qui non possunt oleum

oleum & operam, huic operi semper impendere. Sed tamen pie consulo, ut primam viam secleris, quum sit optima & excellentissima, & sit parvo admodum labore, & paucio argento. Nec te pigeat paruum in hoc tempus terere, & aliquantulum nummorum elargiri. Invenies etenim, quum fuerit perfecta, millenarium fœnus in ipsâ. Si autem volueris extrahere Quintam Essentiam de Dolio vini tempore autumni, dum adhuc est novum, & in vase bulliens.

Q. Essentia ex musto.



Doliū pro Q. Essentia ē musto extrahenda.

Quum ergo volueris spiritus educere ex ipso dolio, absque omni detrimento vini, fac fieri ex duro & robusto ligno, valde sicco canale unum in magnitudine brachii, & fac pari modo fieri colatorium amplum, quod ab interius & ab inferius habeat grossitudinem pollicis, vel paulo plus, & habeat longitudinem duarum palmarum. Intrudatur ergo canale prædictum

B s in

in dolium eo modo, ut non sit possibile ipsum facile amoveri, & vas ipsum undique obturetur meliori viâ qua poteris. Et cum omnia fuerint benè obturata & clausa, pone tres aut quatuor calamos stramineos circa ipsum canale, quia si non ita faceres, totum vinum à dolio secederet & emaneret, & super canale imponatur Alembicus, & omnia cum linteo optimè circumvolvuntur, postea cum luto sapientiæ lutentur, & de aliâ parte vasis pones Receptaculum, & sinas ita stare, donec vinum sit defecatum & depuratum, & omnes spiritus in receptaculum transibunt, & hoc fit absq; ullo nocumento vino.

Postquâ verò omnes Spiritus fuerint collecti, mittantur in distillatorium sive in circulatorium Hermetis. Cuius figura est hæc.



Melius tamen foret, quòd Dolium sepeliretur in vinaceis, sed oportet canale esse ita longum, ut extra finum appareat, super quod ponitur alembicus cum receptaculo, nullo modo vinaceam attingere. Et cum ita una vel alia via spiritus collegeris in receptaculo, ponantur in pelli-
canum, & distillantur circulatoriè,
omni modo & viâ ut
suprà.

CAPUT

CAPUT IX.

De modo extrahendi Quintam Essentiam à quatuor Elementis, ad resolvendum in eâ solem pro auro potabile.

Dictum est superius satis, quid sit ipsa Q. Essentia, & cuius sit operationis, quomodoque extrahatur à materiâ suâ, & modus extrahendi æquè pro pauperibus ac divitibus, & cum quâ non solum vires auri, argenti, æris, & aliorum metallorum, sed etiam lapidum pretiosorum & herbarum elici solent, dum in eam immerguntur. Sed tamen non ignoro, quàm plures studiosos ultrâ progredi desiderare, cogor itaque referre, quod ex frequentiori lectione, experienciâque, quæ rerum est Magistra, consecutus sum, scilicet modum extrahendi Quintam Essentiam ex vino, in quâ quidem aurum, argentum, margaritæ, & lapides pretiosi, aliâque metalla dissolvi possunt, ad faciendum aurum potabile, quod tamen magis congruit Artistis, qui Alchimix rivulos scrutantur, quam Medicis. Et licet multi sint veterum Scriptores, qui doceant modum extrahendi Quintam Essentiam vini, per separationem quatuor Elementorum, ita quod in unam redigantur substantiam & esse, quod quidem ita subtiliatum, & tanquam ab humoribus & omni superfluitate quatuor Elementorum extractum, dici potest Q. Essentia, ad resolutionem Solis. Per hanc ergo non solum poterimus ipsū resolvere, sed etiâ omnes eius vires extrahere ita quod possit ingredi au-

*Experientia rerum
Magistra.*

rum potabile. Sed certè quicumque penitùs materiam perspexerit, potius Alchimix quam Medicinæ conventrejudicabit. Verùm non nego, veteres quamplurimos invenisse modos hujusmodi, ad dissolvendum Solem, magis tamen aptaverunt ad Alchimiam quàm ad Medicinam. Hâc ergò arte multi sunt decepti, putentes fieri aurum ex tali Quinta Essentia. Et quanquàm in multis sit constans, & habeat pondus, nitorem, & clangorem auri, tamen nostro tempore id vera probatione falsum esse judicatur, quò in tenuissimas laminas minutim malleetur, & in aqua forti cum aliis metallis resolutum fuerit, vel etiam per Antimonium (quod ultimum auri est supplicium) probetur, unde fictus & peregrinus color ad unguem dignoscitur. *Ideoque Arnoldus de Villa Nova ait:* Vinum in quo lamina auri quadragesies aut quinquagesies extincta fuerit, apud quosdam loco auri potabilis habetur. Vnde etiam Iohannes de Rupescissa ait: Quòd melius fieret id vinum extinctionis laminarum auri, si ipsum aurum fuisset calcinatum, & in pulverem subtilissimum redactum, vel quòd laminetur tenuissimè, & postea in parva frusta scindatur, quia ex ipso faciliùs virtus extraheretur, si sit ita minutim scissum, quàm si sit laminatum. Sit tamen aurum naturale mineralibus terræ repperitum, non quòd humanâ subtilitate, & industria sit factum. Hoc enim virtutem nullam habet ad conservandum vitam humanam, sed magis est deceptio & obfuscatio oculorum. *Quis enim Alchimistarum audeat se iactare,*
aurum

Ex Quinta
Essentia non fit
aurum.

Antimonio probatur
aurum auri
fictus color.

aurum unquam absq; materia venenosa (quæ est Mercurius) composuisse? Et ideò reverà hoc Alchimistarum aurum, licet colorem veri auri habeat, formam etiam ac clangorem & pondus, tamen non habet virtutem sicut aurum minerale. Talis ergò Essentia vini potest ab ipso vino optimo extrahi, secundum opinionem & doctrinam veterum. Quorum ego viam (omissis aliis verborum ambagibus) enarrabo. Accipe aurum, & mallea subtilissimè ad resolvendum in formam potabilem coloris auri. Quo per se, aut etiam aliis medicinis appositus, poterimus uti, ut infrà docebitur. Quanquam etià sit alia via reperta ad resolvendum aurum cum aqua forti, aut cum aceto distillato, aut per urinam humanam distillatam, de quibus loqui non convenit in loco medicinæ, quum magis sint corrosiva naturæ quàm salubria. Et quanquam possit huic materiæ acutæ aliquid adimi, ut quidam volunt, tamen non est securum, & non benè credibilè. Et si fieri posset, nollem tamen eo uti. Philosophi enim nostri dicunt: inter duo dubia certius esse eligendum, & incertius fugiendum: Eam ob causam monstrabimus faciliorem & subtiliorem viam separandi Quintam Essentiam à quatuor elementis, & in unum esse digerendi, per acuitatem quæ in ipsa est mixta, cum subtilitate, per quam aurum & argentum, & alia metalla possunt resolvi. Etiam extrahendi virtutē ex ipsa, ut in formam potabilem, aquæ similem reduci possit, per quam acuitatem ipsa metalla resolvuntur, & per nihil aliud, dum quatuor elementa non-

Alchimico non, sed naturali auro inest virtus conservandi vitam humanam.

Dissolutio cum aqua forti non est mera dissolutio: sed potius calcinatio ipsius metalli.

dum sint separata, & terra ipsa calcinata, sive per adustionem facta & versa in salem, calcem, vel cinerem, in forma cujusdam lapidis, dicti ab aliquibus antiquorum, Lapis Philosophorum: Et viæ sunt duæ. De communiori aliquid factum, cum discretionem extrahitur de vino suprà dicto, in quo est magnus labor. Taceo (sicut prius docui) ipsam subtilem substantiam tanquàm animam, à grosso, hoc est, ab ipso corpore segregatam, per suam subtilitatem rem aliquam subtilem subtiliorem posse facere & penetrare, per quod vires & efficacia eius mirum in modum multiplicatur. In tali ergò Essentiâ potest extrahi virtus cuiuslibet rei, sicut Solis, Lunæ, & aliorum metallorum, margaritarum, lapidum pretiosorum, herbarum & cætera id genus alia, sed non potest dissolvi aurum. Alia autem via est, quòd separando ab ipsâ Quintâ Essentiâ aërem, ignem, aquam, & terram, postea apponendo per calcinationem terræ aliis qualitatibus, & in unū sublimando, per crebram distillationem circularem, & digestionem potest dissolvi aurum. Modum autem faciendi talem Essentiam, duplici viâ intelliges. Primò quâ & qua via separanda sint quatuor Elemēta, & quomodo iterum possint in unum corpus redigi. Et hoc modo secundum quosdam Lapis Philosophicus videtur compositus, & per eius latentem & occultam vim omnia mineralia metalla possunt resolvi, ad tingendū, colorandum, & coagulandum Solem & Lunam, & alia. Secundò quomodo sit separanda terra, extracta Quinta Essentia, per quam virtus

*Dua via
separandi
Quintam
Essentiam
a quatuor
elementis.*

Lapis Philosophicus omnia mineralia metalla resolvit.

tus terræ elicitur, & per quam etiam potest resolvi aurum vel argentum, & alia metalla, & possunt redigi in formam & substantialem potum, humanæ vitæ conservativum & restaurativum.

CAPUT X.


Quomodo fiat Quinta Essentia ad resolvendum Solem pro tinctura.

Recipe ergò de vino rubeo meliori, quod invenire poteris, & quod nullo modo sit sophisticatum, ut suprà diximus, & distilletur per tres vices in furno tali. Hæc autem fornax ab aliquibus appellatur Balneum Mariæ. Est tamen differens ab eo de quo suprà dictum est. Quare suprema pars, id est, alembicus, qui recipit spiritus, & ipsos reddit, debet stare in aqua tepida, & debet per ipsam aquam regi, ita ut vinum distillandum eò minus aliquam complexionem igneam amplectatur, quæ per multas & varias distillationes difficilimè abstraheretur, & magis per consequens est nocivum quàm proficuum humanæ naturæ. Sicut apertè videre poteris ipsum canale distillatorii, in quo est vinum, transgredi & transire per ipsam aquam tepidam. Sed aliud Balneum Mariæ, de quo suprà est dictum, habet infimam fornacis partem sicut caldare, in quo debent poni omnia vasa & instrumenta distillatoria cum aqua, & superior pars, quæ est alembicus, in nullâ aquâ debet stare, sed propriè ipsa cucurbita, in quâ est vinum, quod debet distillari, & hoc

*Aliud
Balneum
Mariæ.*


hoc est Balneum Mariæ. Et quandoque in primo balneo caldaris aliquid est distillandum, adhibenda est opera, ut habeantur disci, sive circuli plumbei magni & parvi, super quibus

*Aliud
Balneum
Mariæ.*



ipfa

ipsa vitra debent ligari, ne ex calefactione aquæ balnei hinc inde agitentur & rumpantur, cuius forma hæc est.



*In istud vas
debet esse
de cupro.*

Et nota, quòd in tali balneo caldare debet esse immuratum, & latere fornacis habeat longum canale de cupro vel ferro, in quod injiciantur carbones, qui debent esse subtus caldare ignescentes, vel quòd calor ipse carbonum reverberet contra caldare, quia in ipso canali non possunt aduri, eâ ex causâ, quòd ea multa sunt foramina in fornace, & etiam propter clausuram canalis. Item alembicus qui in aqua stat, debet esse de cupro, & ab intus sit stannatus. Et superius & inferius vasa in simul cæmententur, & in exteriori parte, ubi sunt juncturæ, cum stanno lutentur optimè, ne aliquid aquæ possit ab

ab hac abire. Quum verò aqua fuerit calefacta,aperiatur pullus siue lixale inferius,& emit-tatur aqua calida, imponendo de novo aquam frigidam, quia ex hoc aqua vitæ melioratur in distillatione, & eò minus calidam & igneam naturam ad se attrahit. Instrumentum verò vel vas in quo aqua continetur, debet esse de cupro vel auricalco, & sit latum in modum unius palmæ, vel paulò plus, & in medio habeat foramen,& circuitus qui est ab extra,sit latus & spissus duobus digitis, & ponatur super ipsum caldare quod est in fornace, & foramen caldaris non sit maius ipso foramine, quod in distillatorio est, & omnia benè lutentur cum luto sapientiæ,vel cum luto immixtis lanis,que à tonsoribus panni rejiciuntur, Quum ergò vinum tuum ita in caldare imposueris, omnia lutata & cæmentata in loco suo permancant. donec tantum de vino distillaveris, quantum tibi suffecerit vel libuerit, quia si tolleres aliqua,majorem haberes pœnam restitruendi, si forsân non satis vini haberes, & ideò in caldare inferiori est lixale, per quod debet emitte aqua quum vinum fuerit distillatum. Et quum non fuerit plus efficaciz in ipso viso, aliud debet imponi à parte suprema, ubi est parvum foramen, in quod imittatur colatorium,per quod implebitur distillatorium. Deinde optimè claudatur, ut nullus vapor possit exhalare, & claudatur instrumento stanneo.

Et lutetur cum luto factò ex crinibus. Et scias, quòd paucæ tales fornaces reperiuntur apud Artistas nostros. Quum ergò omne vinum

num

num tuum distillaveris, reservandum est phlegma, quia infra de eo dicitur. Ipsum verò vinum ita distillatum, iterum ponatur in balneo, de quo in principio diximus, vel fiat in furno accidioso per arenam. Cuius forma depingetur. Si autem non velis ponere in Furno accidiae, ponatur in balneo, ubi fiat multa va-




sa distillatoria simul, & quodlibet sit positum in circulo suo. Omnes verò circuli in uno anulo sive tripode complectantur. Et balneum sit ita factum, quòd fornax fiat in inferiore parte alicuius domus, & sit lata, sicut sextarium, vel sicut tres quartæ unius ulæ, & fiat excupro cooperculum. Locus verò ubi carbones debent injici, sit factus ex lateribus muralibus, undiquaq; optimè lutando in spissitudine duorum vel trium digitorum. Et cooperculum sit ita factum, ut cum clausum sit, calor ipse, qui ad id ascendit, possit iterum regredi usq; ad pedem fornacis, & optimè claudatur ubique, ut calorem conceptum non possit facile amittere. Hoc ergò canale sit supra fornacem, & infra canale sit craticula per palmam unam, ita ut cineres possint dilabi in fundum. Fornax verò debet esse quadrata, & in quodlibet quatuor angulorum habeat foramen sive spiraculum, per quod fumus

Quo furnus & balneum ponenda in domo.

Fornax debet esse quadrata.


fumus possit exire Et ipsum canale habeat fenestram distantem ab ipsa fornace per unam palmam, per quam fenestram carbonēs debent injici, & semper optimè claudatur cum aliquo instrumento, ad hoc factō, quod debet esse ita spissum, sicut est ipsum canale. Ignis verò sem-

Furnus Accidia.



er moderetur & temperetur per ipsa quatuor
bramina angularia, cum aliquibus registris ob-
rutoriis ad hoc aptis & idoneis. & ita calor per
anale transibit usq; ad cooperculum cupreum,

Forma fornacis & balnei est hac.




& ac.

& nemo sciet unde ille ignis possit venire. Et fiat vas ligneum in magnitudine & circumferentiâ rotæ currus, ut ipsum cooperculum cupreum penitus circundet. In quo vase debet imponi aqua, ita ut ipsum cooperculum totum stet in vase aqua pleno usq; ad mediam partem vasis. Vas autem sit altum quatuor vel quinque cubitis, & per duos cubitos à fundo vasis fiat cooperculum ligneum, cum multis foraminibus, ita quòd cucurbita quælibet in quodlibet possit intrare foramen. Et super quamlibet cucurbitam ponatur alembicus, & infra quemlibet alembicum receptaculum super cooperculo vasis majoris, & optimè omnia cemententur & lutentur, scilicet super ipsum vas cooperculum, super ipsa foramina cooperculi cucurbita, super cucurbitas alembici, & receptacula circa ipsa, & sic habebis calorem ad hoc opus sufficientem & ignem secretum.

Nota quod cognoscendum quomodo spiritus fuerint separari a vino.

Quum verò scire volueris, quando omnes spiritus ab ipso vino sint distillati & segregati, inspicere alembicum, & quando videris in ipso guttas quasdam distillantes, tunc certissimum signum est, nihil amplius de spiritibus restare, & tunc ipsa aqua in ipsâ cucurbitâ ponatur secorsum, & custodiat, & imple iterum cucurbitam aquâ vitæ, super imponendo alembicum, & benè obturetur cū cerâ tali, ita ut nullus spiritus possit exhalare, & distilletur per cineres in furno accidia. Sed esset melius, si distillaretur in balneo Mariæ. Quum autem volueris cognoscere, quando omnes spiritus à vino secesserint, semper per priora indicia tibi patebit, aut pote-

poteris etiam ex ipso alembico capere de aquâ
vitæ, gustando si quippiam aquositate reman-
lerit, & hoc est certius certò. Quando itaque
secundum nostram doctrinam hoc in Balneo



*Furnus
Balnei
Mariæ.*

Mariæ

Mariz vel in furno accidiz ita distillaveris, cap
 ipsum phlegma, quod in ipsis distillatoris
 mansit, & distilletur octo aut novem vicibus,
 omni vice phlegma remanens, cum priori con-
 jungendo, & hoc fiat toties, quousq; ipsa aqua
 vitæ in igneam substantiam convertatur, ita
 quod si ex ipsâ made fiat pannus, & accensus
 fuerit, quod statim cum ipsa aqua comburatur.
 Si etiam unam solam guttam olei olivarum
 immiseris, statim in fundum mergetur, & nun-
 quam alterius ascendet, quantumvis ipsum vas
 moveatur & concutiat, & ita habes Quintam
 Essentiâ ipsius vini, à quatuor Elementis sepa-
 ratâ. Et nota præcipuè, quod omnes rimæ circa
 & circum alembicum & alia vasa, quamquam
 benè obturatæ sint cum terra virginea, hoc est,
 argilla, non tamen debes cessare involvere cum
 tribus vel quatuor pannis lintheis, quia quan-
 tò melius clauduntur, tantò minus evapo-
 rant.


Nota etiam, quod quâdo primùm ipsa aqua
 vitæ imponitur, de decem cantharis nō distilla-
 bis nisi unum vel alterum semis, & omne resi-
 duum quod in caldari permanet, nullius est va-
 loris, nullamq; penitus habet virtutem, & di-
 citur ipsum phlegma, id est, ipsa aqua, ex quâ
 componitur aer, ignis, & terra. Ita distillabis
 cantharos sexaginta, & ex primâ distillatione
 vix habebis septem cantharos, In secundâ verò
 vix quinque, In tertiâ vix duos vel tres, & ita
 quantò plus distillaveris, tantò minus habebis,
 & quod in ultimo erit distillatum, id erit purif-
 simum, subtilissimum, & optimum ad aurum
 pota-

De auro
 potabili
 componē-
 do & sol-
 vendo so-
 lo.

potabile componendum, in qua etiam poteris solvere Solem.

Quum verò per tres vices ipsum distillaveris, erit subtilissimum. Et ideo nisi benè præcaveris, omnis virtus ipsius facilè exhalabit. Cape ergò colatorium, quum volueris mittere de uno vase in aliud, & imponatur in vas cui immittis vinum, & circumquaq; obturetur cum cera, tali, ut docebitur hîc infra, & aliud vas superimponendo, ita quod collum penitus in colatorium præcipitetur. Et pari modo undiq; lutabis collum colatorii. Et hoc facto, sinas vinum in aliud vas de suo fluere, & minus exhalabit virtus. Sit autem colatorium in longitudine unius palmi.

Modus verò faciendi ceram ad lutandum, est talis: Recipe resinæ pini libras duas, fundantur in vas terreum, ab intus benè vitreatum. Postquàm autem ita erit, habeas alium cacabum vel urceum terreum, in quo sit aqua limpida, & super urceo imponatur de stramine. Postea funde super hoc stramen ipsam resinam in aliū urceum, & omnis impuritas eius residebit in stramine. Si verò videris ipsam non satis esse depuratam, Recipias ceræ virginæ libram semis, olei olivarum, duo aut tria cochlearia, vel si oleo carueris, fume tantum de butyro, fundantur, misceanturq; omnia si-



*Cera pro
lutando
sic fit.*


*Confectio
cera ad
lutandum
vasa.*

C

mul.


simul. Postea agitetur cum spatula parva ad tempus, donec frigescat, postea manu operaberis, & ipsam omnino parabis. Et cum hâc cerâ debent lutari omnia vasa & distillatoria, in quibus aliquis voluerit cōservare aquam vitæ. Vasa verò sint optimè adæquata & polita. Postea super imponatur vitrum tenuæ quasi operculum, & denuo lutetur cum cerâ supradicta. Nota etiam, quod quum tale vinum fuerit duabus aut tribus vicibus distillatum, poteris accipere spongiam subtilem, quæ debet scindi in frusta, ita magna, quod ab omni parte possint attingere cucurbitam in parte superiori, & debet alligari prædicta cum tribus vel quatuor funiculis extra eminentibus, quando super imposueris alembicum, ita quod spongia non possit infundum distillatorii cadere: & intingatur in oleum olivæ, & parum iterum exprimatur, ne fortè ipsum oleum in cucurbitam incideret, & cum ipsa materia distillanda misceretur, & alembico super imposto claudatur

*Alembi-
cus rostratus.*



cum cera prætata, & ipsi spiritus optimè per hanc spongiam distillabuntur, & ipsum phlegma per hoc non transibit causa olei. Et hoc modo

modo plus in una distillatione operaberis, quam in tribus aliis. Alembicus tamen sit factus absq; duplici margine, sicut fiunt alembici cæci, excepto saltem quòd non habent rostra sicut illi. Poteris etiam facere capellas sive sedilia quatuor, ita ut in quolibet stet una cucurbita, in qua ponatur materia distillanda, scilicet vinum ipsum ita distillatum, ut supra dictum est, & ita brevius & facilius ad optatum effectum poteris pervenire. Canale vero quod in medio est, non sit altius quàm est ipsa fornax, & potest fieri ipsum canale quadratum de lateribus non coctis. Et intra quemlibet angulum fiat fenestra, in longitudine & latitudine quatuor vel quinque digitorum. Et sint fenestrate factæ cum margine, ita quòd deorsum possint mitti quædam instrumenta ferrea sive Registra, ad temperandum ignem. Oportet au-




*Registra
ad tempe-
randum
ignem*

tem ut talia Registra sint ita grandia, ut totus

margo fenestrę ex ipsis impleatur, per quam calor possit exire. Hoc autem instrumentum ferreum habet palum multa foraminà habentem, quæ sint segregata unum ab alio per spacium digiti obliqui vel transversi, ita quòd si magnum & ingentem volueris habere calorem ipsum ferrum suspendatur altius, & in foramine inferiori ponatur restaculum. Si verò desideres ad opus exiguum calorem, ferrum suspensum demittatur ab alto, quantum volueris. Forma autem dictorum registorum est hæc. Subtus autem canale sit craticula, super quam carbones ponantur, cuius forma sequitur.


*Graticula
supra quā
ponendi
sunt car-
bones.*



Poteris etiam habere registra facta, quæ habeant tria, vel quatuor foramina, vel plura, ita quod altius sit minimum, & inferius sit maximum. Et quantò magis levabis registra, tantò magis habebis de calore, & sic poteris facere ignem parvum vel magnum ad libitum tuum.

Hæc fornax est facta ob duas causas. Prima, quia

quia in ipso poteris facere parvum vel magnum ignem, ad distillandum fortiter vel leniter, sicut placuerit. Secunda, quia cū semel fuerit calefacta, nō facilē infrigescit, & ideo non



*Forma
fornacis
ad separā-
dum qua-
tuor Ele-
menta.*

multi carbones perduntur. Et nota, quod ipsa distillatoria non debent extrahi vel imponi, nisi prius fuerint infrigidata. & hoc poteris facere, aliquod registorum in fundum mittendo, & nihilominus alia habebunt operationem suam. Et quando iterum imposueris vas plenum aqua vitæ; ignem ad placitum tuum reges, donec sufficientiam materię habueris. Quatuor autem Elementa debent ita separari. Accipiantur omnes aquę prædictę, simul congestę, & ponantur in caldare primę fornacis, vel in magnam Cucurbitam. Si autem non posses habere magnam cucurbitam, ponatur in plures parvas, & distilletur in una ex prædictis fornacibus, & ab ipsa extrahatur phlegma, usque quod nihil ultra exeat, lento quidem igne, sicut si esset in Balneo Marię.

*Quomodo
debent se-
parari
quatuor
Elementa.*

Et quam fuerit ita distillatum usque ad finem, amoveatur receptaculum, & invenies illic phlegma, Et in ipsâ cucurbitâ vel caldari remanet materia nigerrima, sicut est pix liquida. Aliqui verò breviter inquirentes, imponunt in vas vel capsiam ferream super lentum ignem carbonum, donec illa nigra substantia appareat sicut pix tenuis, & hæc ponatur in cucurbitam. Postea ponatur de alio phlegmate in capsia, & fiat sicut de primâ, & iterum materia nigra ponatur cum aliâ. Et hoc facies toties, donec nullum phlegma remaneat. Et iterum materia nigra ponatur in cucurbitam, & ponatur in arenam, & extrahe superfluum humiditatem ab ipsâ, & postea infunde Quintam Essentiam, quam prius ab ipso abstraxisti, in spissitu-

stidine quatuor aut quinque digitorum, & benè misceantur insimul, & ponantur in Balneo Mariæ, ad digerendum, postea distilletur per alembicum: Et cum ita aqua fuerit distillata, fundatur iterum super feces, & iterum distilletur, & iterum digeratur atque distilletur. Et quantò sæpius hoc feceris, tantò melius erit. Et hoc quod in septima distillatione est distillatum, appellatur Sanguis humanus, quem Alchimistæ maximè inquirunt, & est ipse aer. Et ita habes duo Elementa in virtute Quintæ Essentiæ exaltata, quæ sunt aer & aqua. Postea cape materiam nigram, de quâ suprâ dictum est, quæ in distillatorio remansit, & distilletur in arenâ per alembicum, & ab ipsâ separa oleum suum, qui est ignis. Et quando nihil in eâ remanebit, servabis hoc oleum segregatim, & in fundo cucurbitæ invenies materiam nigram, siccam, quæ est ipsa terra. Ex quâ potest fieri fermentatio, ad unien-
dam & acuendam Quintam Essentiam. Et in eâ Quintâ Essentiâ potest resolvi aurum, & omnia alia metalla. Et quando videris in alembico guttas distillantes, sicut est clarum oleum, tunc removeatur receptaculum, & maius ante ponatur (sicut si velis facere aquam fortem) causa spirituum, qui in ipsum intrant, & non fiat ignis magnus, per horas viginti quatuor, quia illa nigra materia ascenderet in alembicum. & de ipso transfret in receptaculum.

Sanguis humanus est ipse aer.

In quâ Quintâ Essentiâ possunt resolvi omnia metalla & aurum.

Ultimò autem quum nihil plus de oleo apparebit, ignis magis est augmentandus, donec guttæ omnes ex alembico recesserint, & in fun-

do remanebit materia nigra, sicca, & combusta. olens sicut aliqua alia materia combusta. Postea habeas phlegma, sicut prius est dictum, & ponas in capsiam, ut jam sæpius est narratum. Et cum per crebras ebullitiones fuerit consumptum. Recipe de illâ aquâ, quæ remanet post distillationem aquæ vitæ, dum est depurata, ita quòd habeas *unam libram* fecum, & *quatuor libras* aquæ prædictæ. & misceantur benè insimul, & ponantur in urceum vitreatum de terrâ, & quum feces per quietem infundum secesserint, coletur, & super feces iterum super imponantur *quatuor libra* de aqua prædicta. Et hoc fac toties, ut omnis foetor ex illâ materiâ nigrâ recedat. Et nisi hoc ita feceris, oleum & operam perdes. Quia nisi ita super infunderis Quintam Essentiam, & rursus ab eâ distillaveris, sicut supra dictum est, nihil omnino valebit. Terram autem nigram sic lotam & purificatam desiccabis, & fac pulverem subtilissimum, & immisce cum duobus elementis prædictis rectificatis, scilicet aquâ & aëre, quæ prius sanguinem humanum appellavimus, & ponatur in balneum Mariæ per tres dies, & tres noctes, vel paulò plus. Postea iterum distilletur, & aqua quæ venit ex hac distillatione, dicitur Aqua Ignea rectificata. Et ita habes tria elementa exaltata in virtute Quintæ Essentiæ. Post hoc cape illam materiam nigram, & redigatur, comburendo in Furno reverberationis vel calcinationis in cinerem, habentem albedinem calcis. Non tamen semper fit ita alba, quia aliquando retinet de rubedine, sicut est rubedo ipsius

Aqua Ig-
nea.

ipſius combustionis. Sed ignis infurno reverberationis aliquando non eſt ſatis validus, idcò-
que ad vitandum magnum laborem, & multas
expenſas, pones hanc materiam in ollam no-
vam terreâ, & cooperiatur cooperculo, & lute-
tur optime luto ſapientiz, vel luto factò ex la-
nis, quas Tonſores panni abjiciunt, & ponatur
in fornace calcis optimè calefacta, & ipſam in
tali Furno calcinabis per tantum ſpaciū, in quo
poſſit aduri calx. Et hoc communiter fit in



Furnus
calcina-
tionis.

Germaniâ ab aliquibus, in ſpacio duodecim vel
quatuordecim dierum, continuè faciendo
ignem, ſicut fit, ad faciendam calcem. Poſt
hoc, quando ex fornace calcis fuerit exempta,
eò melius poteris ipſam calcinare in Furno re-
verberationis. Et ſi prius feciſſes, antequam in
fornacē calcis conſtituiſſes, longo tempore non
potuiſſet calcinari. Si verò primâ vice non erit

*Aqua
ignea.*

fatis uſta in fornace calcis, iterum imponatur in eandem. Et quum fuerit ſatis uſta, miſce cum eâ aquam igneam, de qua locuti ſumus, & ſinas ſtare per tres dies, & totidem noctes in balneo Mariæ, Poſtea iterum diſtilletur. Et hoc fiat ſepties, & toties calcinetur in furno reverberationis. Quumq; ita ſepties diſtillata, & toties recalcinata fuerit (quod ex eo poteris cōſiderare, quando acceperis de hâc terrâ, & poſueris ad aërem, & feceris ſiccari, & poſteâ ſuper infunderis tres aut quatuor guttas aquæ prædictæ, ſi nō reſolvatur) tunc habes certiffimum indicium, ipſam ſatis eſſe præparatam. Si verò ſolvitur, iterum debet calcinari, & reverberari, & diſſolvi in balneo Mariæ ſicut dictum eſt.

*Lapis Phi-
loſophi-
cus ſigis
omnes ſpi-
ritus.*

Et hoc fiat toties, donec terra non ultra ſolvatur, & tunc erit verè præparata, & appellatur Aqua vitæ, propter quod ab eâ, & per ipſam reſolvitur & ſubtiliatur aurum. Sed veriffimè hic eſt ille lapis, & non ſal (ut dicunt quidam) qui dicitur Lapis Philoſophicus rectificatus, & ipſa Quinta Eſſentia à ſuis quatuor elementis ſeparata, in quâ latet ſpiritus ſeparatus à ſpiritu, hoc eſt, à phlegmate ſuo, quæ eſt ipſa aqua, & ab oleo ſuo, quod eſt aër, & ab aquâ igneâ, quæ propriè eſt ipſa aqua & à ſuis ſecibus aduſtis, quod eſt elementum terreum. Et illa Eſſentia ita reverberata, calcinata, reſolutaq; , & iterum recalcinata, in formâ ſuprà dictâ, converſitur in lapidem, cum quo fixantur omnes ſpiritus, quia ſupremam habet virtutem ſpiritualitatis, & infimam virtutē corporalitatis. Et ideo dicit Hermes: *Supremum eſt, quod eſt inferius, & inſe-*

Es inferius est quod est supremum. Et est unica essentia ad perficiendum Solem, & alia quæcunque metalla resolvenda, propterea quod semper vim & virtutem suam observat, & habet omnem substantiam quatuor qualitatum seu elementorum in unam complexam essentiam, in quo Secreta secretorum naturæ sunt contenta. *Et ideo dicit Philosophus:* Lapis de terra sicut de quatuor corruptibilibus qualitatibus, ad cœlum, quod est incorruptibile, ascendit. idemq; de cœlo iterum in terram descendit. Quod significavit per verba prædicta, quum aiebat: *Supremum est, quod est inferius, Es inferius est, quod est supremum,* ita quod habet virtutem Quintæ Essentiæ, ad fixandum metalla ipsa, quæ ex terrâ oriuntur. Est enim Lapis Elixir, & est sicut Crystallus, qui perfectissimè tenet de Mercurio, matre omnium metallorum, Et quum ipsa Quinta Essentiâ cum lapide prædicto admiscetur, & adjungantur folia auri, resolvuntur per copiosam penetrationem, quæ est in ipso lapide, & subtilitas superflua quæ in ipsâ Quintâ Essentiâ latet occulta, in aurum potabile convertitur.

Elixir lapis sicut Crystallus.

CAPUT XI.

De modo extrahendi Quintam Essentiam, in quâ potest resolvi aurum, ad faciendum aurum potabile.

Promissimus suprâ duplicem viam nos demonstraturos, quomodo sint separanda quatuor Elementa, & in unam formam redigenda.


genda, ad resolvendū Solem, Lunam, & omnia alia metalla. Cuius prima via satis superq; jam superius est elucidata. Nunc verò ad secundam viam est procedendum, quomodo scilicet terra separanda sit, extracta ipsa Quinta Essentia, per quam omnia Metalla possunt resolvi, & in substantiam aquæ potabilis redigi. Dicunt enim omnes Philosophi unanimiter: quòd potest fieri aqua vitæ, ad sustentandam naturam humanam, & ad evitandam omnem ægritudinem. Facitaque Aquam vitæ claram rectificatam, ita ut ardeat accensa, ut suprà diximus: Et nullo modo fac sanguinem humanum, quia si aliqua herbæ vel aliud quiddam materialium in ipsam fuerit immissum, ex superfluitate, quæ in ipso est, perdent vires suas, & omnem bonum saporē & odorem amittent, esset etiam horrendum usui humano. Nec etiam fiat Aqua Ignea, quia talem calorem & acuitatem in se contineret, quòd omnia materialia (exceptis metallis) talem calorem superfluum & igneum ad se traherent, ita quòd quum putares facere Aquam vitæ, potiùs aquam mortis faceres. Ex quo autē omnis virtus & perfectio est in ipsâ terrâ, redacta in lapidem, ut suprà copiosè declaravimus, ergò hanc terram huic nostræ aquæ præsentī tribuimus, non facientes vel sanguinē humanum vel aquam igneam, & tunc appellatur vera Quinta Essentia, sive Aqua vitæ, & non aqua mortis. Et quantò sæpius agitur per terrâ, tantò fit efficacior & melior. Et notandum est, quòd parum de hâc terrâ, summā habet virtutē in illo opere. Sicut enim parum fermenti magnā & copiosam pastam

*Virtutis
Aqua
vita,*

*Sanguinē
humanū
est, ipsū
erem,*

pastam ad coquendum panem facit, sic etiam minima huius terræ pars, maximas erigit perfectiones & virtutes humano corpori aptas. Et ideo est cavendum ab his, qui faciunt terram ex tartaro, aut qui comburunt vinaceâ in cinerem, aut qui accipiunt calcem pulverisatam, vel cinerem vitium, & salicum, & dicunt, hanc esse terram, de quâ est nostra locutio, quod planè est à veritate extraneum, *quum dicat Geber: Esse lapidem & medicinâ incomparabilem mixtionis rerum extranearû.* Quando ergò ita feceris Aquâ vitæ, rectificatam tribus aut quatuor vicibus, ita ut nullum indicium humiditatis remaneat in loco ubi aduritur, ipsa terra à Phlegmate suo breviori viâ, quâ fieri potest, separetur, ipsûmq; Phlegma ponatur in caldare, & coquatur usq; ad spissitudinem mellis dissoluti super ignem. Postea tolle ab igne, & sine frigescere usque in diem sequentem, & videbis parvos lapillos in fundo vasis, sicut si esset Sal nitrum fusum. Coletur ab ipsis de super existens aqua & oleum, & fundatur alia aqua super illam terram sive lapillos, misce insimul. Postea iterum sinas residere, ut superius. Et quum colaveris aquam, ponas ad priorem, & sinas bullire sicut prius. Postea in frigidetur per duos dies, ut supra, & invenies lapillos albos, sicut supra. Et hoc toties facies, donec nullus lapillus in fundo vasis appareat. Post hoc omnes lapilli congesti exiccantur optimè, & ponantur in testam terream, aut in tigillum Aurifabri, & ponuntur ad calcinandum donec in albedinem nivis sit deducta in Furno calcinationis. Cuius figura hæc est.

*Furnus
calcina-
tionis;*



Cave etiam , ne à nimio calore fundantur: quia oleum & operam perderes , licet sint aliqui, qui dicant, quòd debent poni in Fornacem calcis, vel in Vitrearium, & quòd ibi debeat permanere, viginti & uno diebus, sed certissimè si illa terra flueret ex nimio calore, hinc magis Alchimix quàm Medicinæ conveniret. Et ideò dicunt: quòd cum tali ter. â potest aliquis absq; dubio resolvere Solem. Sed sufficit, quod calcinetur in ipso Furno reverberationis, quouq; ducatur usq; ad albedinem Nivis vel Salis. Quumq; ita fuerit calcinata, superinfundatur de Aqua vitæ ita rectificata, ut sæpiùs dictû est, & distilletur per septem vices, sicut jam est monstratum. Et in hac Aquâ poteris solvere folia Auri, quia ipsorum vim ad se trahit. Et hinc fit Aurum potabile mirabilis operationis, ad sustentandam vitam humanam , ita quod per ipsum


ipsum omnes corporis Mōrbi & ægritudines tolluntur, cū hoc usi fuerimus. Et idcō dicitur, quōd facit hominem iterum reviviscere.

CAPUT XII.

Quomodo extrahenda sit Quinta Essentia à Melle, quæ intrat. Aurum potabile

NVnc procedendum est ad ipsam Quintam Essentiā Mellis, quomodo debet extrahi. Quum ergō ipsam extrahere volueris, habeas bonam quantitatem boni & optimi Mellis, à quo favus nō sit adhuc separatus, sicut est quando de alveari eximitur. Exprime Mel à favis absq; igne, faciendo tres aut quatuor saccos ex panno colatorio, in longitudine duorum cubitorum. Latitudo verō debet esse in quantum panus se extendit, Hoc impleto, impone Mel cum fave in prædictos saccos, & diebus æstivis ponantur & suspendantur ad Solem. Et sub quolibet sacco ponas vas mundum, ad recipiendum Mel distillaus à saccis, Et si fortassis fuisset diebus hyemalibus, calefiat balneale vaporarium, sicut in Germaniā apud locupletiores habetur, & saccus pendatur ad parietem, ne ex calore balnei mel fundatur. Et quum omne mel fuerit liquefactū, imponatur aliud in saccum & fiat sicut primo. Et hoc toties facies, donec habeas quantitatem sufficientem, Et de fecibus facias fieri ceram, sicut moris est. Postea habeas sex vel octo vasa terrea, de meliori terrā quam poteris habere, quæ sint facta quasi in modum cucurbitæ, & quodlibet horum vasorum

rum sit amplum, ut possit tenere quindecim aut sedecim libras: Et sint in gutture stricta, in ventre vero lata, ita ut possis super imponere Alembicum, & habeat ab orificio per spatiū vnius palmæ duas ansas in longitudine unius parvi digiti, ita quòd possint per eas imponi & amoveri à fornace, & ab inferius sint optimè lutata, quorum forma hæc est.




Et quum ita erunt omnia præparata, Magister operis impleat quodlibet d'ctorum vasorum usque ad tertiam partem de melle, ita extracto, ut jam diximus, & reliquæ duæ partes vasis sint vacuæ, ita ut mel possit ascendere & descendere, & ponatur in furnum accidiæ. Et super imponatur Alembicus, & omnes rimulæ circumquaque optimè obturentur cum panno linceo, fermentato ex argilla tenui, & fac distillationem tuam lento igne. Quia si nimium calefaceres furnum, mel ipsum in Alembicum ascenderet. Et idèò sedula opera semper perspicias, si vasa sint nimium calida, madescent lateri panni, & circumquaq; involvantur vasa circa Alembicum, non tamen ipsum attingant, vel quod aliqua gutta Aquæ super ipsum cadat, quia citissimè Alembicus rumpetur. Et linceoli sint involuti circa ipsum vas, donec frigescat,

gescat, & sic ipsum mel non poterit ascendere, vel per Alembicum distillare. Et prima aqua quæ ab ipso melle distillatur, habet in se spiritus, qui aurum potabile ingrediuntur, & cum parum senserint caloris, ascendunt, & non permanent. Et ideo mel, quod à favo suo est extractum per ignem, huic nostro operi præsentī nil planè conducit, quia omnes spiritus ex eo adempti sunt, expiraverunt & secesserunt. Et hoc accuratè considerabis. Quúmque in Alembico nullos spiritus conspicias, extrahantur vasa, & hoc ipsum considerare poteris, cum guttulæ apparebunt circa lineas Alembici, & tunc vasa ex fornace extrahantur, & mel in quoddam vas separatim reponatur, quia nihil ultra ad hoc opus valet. Et statim infunde Aquam bullientem in tuam cucurbitam, & optimè lavetur, & habeas spatulam ferream latam duorum digitorum, cum quā ipsam cucurbitā optimè mundabis, ut si quicquam mellis combusti in eā resederit, possit ab ipsa amoveri & deponi. Et hoc facies semper, quando volueris imponere mel in ipsam. Si verò volueris securè tuum mel distillare, ita quòd non habeas aliquam sollicitudinem, quod possit ascendere in Alembicum Capias foliorum hederæ manipulum unum, & mellis libram unam, misceantur insimul & distillantur, & sic mel tuum nunquam ascendet. Et hoc modo posset distillari per campanam.

Sunt tamē aliqui, qui accipiunt parvos lapillos albos, qui in ripa fluminum reperiuntur, & hos in cucurbitam cum melle imponunt, & est
idem

Caput Alembici.



idem, quia mel non potest propter ipsos ascendere: Et cum omne mel ita distillaveris, & aqua in qua spiritus continentur, in cucurbitam imposeris, pone super ipsum Alembicum vitreū, & distilla, & spiritus ab ipsa aqua distillabuntur, sicut suprà dictum est de aqua vitæ. Et hæc erit Quinta Essentia mellis. Hæc ergò habet odorem suavissimum, sicut germen prunorum agrestium. Si verò non possis in Alembico cognoscere, quando omnes spiritus secesserint, amovebis receptaculum, & gustabis materiam distillatam, & si habet gustum mellis, scias spiritus adhuc esse ibidem. Et in eo toties continuabis ipsam materiam distillare, ut nullus omninò sapor mellis in eâ remaneat, Spiritus verò congregati in unâ cucurbitâ ponatur, & in superficie claudatur cum vitro, & lutetur cum cerâ supradicta, vel cum luto sapientiæ, & fiat ut suprà dictum est de Quintâ Essentiâ vini, Et
 si vis

si vis in hoc operari, habeas bonam quantita-
tem mellis.

CAPUT XIII.

*Quomodo extrahenda sit Quinta Essentia
ex Chelidonia.*

Chelidonia secundum Raym. Lullium, & *Lullius li-
bro 1. c. 4.*
Iohannem de Rupescissa dicta est, quasi
coeli donum, Sed si Etymologiam vocabuli, &
græcam derivationem inspicere voluerimus, ali-
ter de ipsius derivatione loquendum erit. Di-
cunt enim Plinius, & Aristoteles Chelidoniam
esse ab Hirundinæ nuncupatâ, vel ab Hirundinis
visu. Græcè enim Chelidon, Hirundo dicitur:
vnde Proverb. est hoc, *Μία Χελιδὼν ἵαται ὅτι πικρὴ*,
hoc est, Vna Hirundo non facit Ver. Ab hâc,
nomen hoc Chelidonia sumpsit, monstrata ho-
mini ab hirundine. Hâc enim hirundines ocu-
lis pullorum in nido restituant visum. Genera
autem eius duo sunt. Maior fruticoso caule, fo-
lio pastinacæ, cortice ampliore altitudine duo-
rum cubitorum, colore albicans, flos luteus.
Minori folio hederæ minora aliquantum, & ro-
tundiora, minus candida, succus croci mordax,
semen papaveris, florent adventu hirundinum,
discessu marcescunt, florentibus succus expri-
mitur, & in æreo vase cum melle leniter ferventi
cinere decoquitur. Singulari remedio contrâ
caligines oculorum utuntur, & per se succo in
collyriis, quæ ab eâ Chelidonia appellatur. Ha-
bet etiam innumerabiles alias Virtutes, & idèò
non immeritò huic nostro operi immiscere vo-
luimus,


*Virtutes
Chelido-
nia.*

luimus, quomodo ex ipsa extrahenda sit *Q* Essentia, quæ etiam ipsum aurum potabile ingreditur. Recipe ergo de Chelidonia tempore æstivo, quando est totaliter matura, viridis, & incipit quasi albescere, & tota eius substantia, scilicet flos, radix, & herba in quantitate quam volueris.



scindatur minutim & pistetur in Mortario lapideo. Postea ponatur in cucurbitam terream vitreatam. Et cucurbita impleatur tota, bene ipsam claudendo & lutando. Postea ponatur in sinum equinum recentem, ad fermentandum & digerendum per spacium trium hebdomadarum. Dehinc super imponatur Alembicus, & distilletur in Balneo Mariæ: Et sit ignis admodum lentus, & omnia optimè obturentur, & exibat ex hoc ipsum phlegma, & alia tria elementa manebunt in fundo distillatorij. Postea feces extrahantur ex ipso, & optimè terantur super uno marmore adeò tenuè & subtiliter quantum poteris. Et postea iterum imponatur in vas, & super infundatur phlegma ab aliis tribus prius distillatum, & super imponatur Alembicus cæcus.

Et optimè omnia lutentur, & ponantur in Balneo Mariæ per septem vel octo dies, ad putrefaciendum & digerendum. Si verò times expensas,




penſas, fermentetur in fimo equino. Hoc faſto, materia paulatim inſrigidetur. Poſteà ponatur in aliam fornacem ad diſtillandum per cineres, & imponatur Alembicus cum roſtro, & diſtilletur ſicut in capitulo decimo, de ſeparatione olei ab ipſâ terrâ dictum eſt, & tunc exhibit aqua limpida, habens colorem olei, quæ in ſe duo
Elemen-

Elementa complectitur, scilicet aërem & aquam & in fundo alia duo Elementa residebunt, quæ sunt ignis & terra. Quû verò volueris separare phlegma ipsum ab aëre, ponas oleum in distillatorium recens, & distilletur in Balneo Mariæ cum modico igne, & videbis ascendere ipsum phlegma, & oleum residèbit in distillatorio. Et ita habebis duo Elementa, scilicet aërē & aquā, quodlibet segregatum ab altero. Nam oleum non potest ascendere vel sublimari in Balneo Mariæ, quia ignis non est satis potens. Quando verò volueris separare cætera duo Elementa, accipe feces ex quibus oleum distillasti, & terantur super marmore sicut priùs. Postèa cape quatuor partes phlegmatis, & unam partem fecum, & insimul misceantur & incorporentur. Postèa ponatur in fornacem balnei per septem dies, postèa distilletur per arenam magno igne, donec exeat aqua rubicunda, & semper distilletur, donec in illam aquam convertatur. Et habebis in eâ elementa duo, scilicet ignem & aquā. Terra verò remanebit in fundo cucurbitæ sicut materia nigra. Deindè ponatur illa aqua rubicunda in aliam cucurbitam, super imponendo Alembicum rostratum, & distilletur in Balneo Mariæ, & phlegma separabitur ab ipsa, & in fundo vasis remanebit oleum rubicundum quod est ipsum elementum, scilicet ignis. Et ita habebis omnia quatuor elementa segregatim extracta, unum ab alio. Elementum verò terreum calcinetur cum igne forti, & urgeatur per ipsum ad spacium decem dierum, ut benè possit exiccari. Postèa teratur iterum super marmo-

marmore, & imbibatur cum ipso phlegmate, & distilletur per Alembicum, donec in illa materia videas parvos lapillos albos sicut sal. Et hoc ipsū sal iterum dissolvatur cum aqua ex quā distillaveris, & postea iterum dissolvatur, & distilletur. Et hoc fiat toties, donec ipsa terra amittat omnē impurum & terreum colorem, scilicet ut albescat, & in albedinem ceræ deducatur, & tunc habebis terram ipsam rectificatam. Posset autem aliquis percontari, quare terra ipsa in fundo resideat. Hoc eō fit, quod in fundo remanet aër, & ipse ignis per ipsam aquam tanquam per phlegma potest extrahi, & nullo alio modo. Quum autem faciliore viā id facere volueris, dissolvatur quodlibet Elementum cum aquā suā per partes æquales. Vt si phlegma in quo est aër distillaveris, ut tantundem de aëre in fundo remaneat. Accipias iterum tantundem de ipso phlegmate, & distilletur cum aëre. Et hoc fiat septies. Ex alio verò phlegmate extrahatur aër, ex ipso quod post aërem remanserit, pari modo extrahatur ignis, sicut suprā docuimus. Postea distilletur in Balneo Mariæ, & abstrahatur ipsum phlegma, & talis materia adjungitur tantò olei rubei, quod in fundo Distillatorij prius remanserat, sicut jam declaratum est, & per septem quoque vias distilletur. Postea ipsa terra cum phlegmate abluatur. Et hac forma quodlibet elementorum in suā virtute magis perficitur ad operandum operationes sibi appropriatas. Est etiam alia via subtilior, redigendi quodlibet elementum in suam summam substantiam & Q. Essentiam, tamē præsupponitur, quod elementum.

tum quodlibet sit prius iustificatum. Deindè accipiat & ponatur in vas circulatorium. Ponatur in firmū equinum.

aut in Balneum Mariæ per dies triginta. Postquam autem ita circuleris per hoc spaciū dierum triginta, iterum distilletur. Tunc corpus ipsum tanquā materia grossa permutabitur in spiritum vel substantiam subtilissimam. Sunt etiam quidam qui faciliori viā hoc operantur, acci-



piendo quatuor partes terræ, & unam partem de uno quatuor elementorum, quodcunq; volueris, & digeratur in forma prædicta, & circuletur per dies triginta, & per crebrum ascensum & descensum materiæ qui fit in circulatorio, per tantum temporis quodlibet elementorum in Quintam Essentiam permutatur. Et quum scire volueris, quando materia sit satis circulata, vide quum ipsa Quinta Essentia natat super aliam materiam, tunc satis est. Habes itaq; satis superq; declaratum, quomodo sint separanda quatuor elementa, & quomodo ipsa Q. Essentia sit extrahenda ex ipsâ Chelidoniâ. Restat nunc dicere virtutes Quintæ Essentiæ ab ipsâ Chelidoniâ extractæ. Elementum igitur aquæ sive ipsum phlegma conducit ad omnes ægritudines corporis calidas & frigidas. Temperat etiam omnes

*Virtutes
Q. Essent.
ex Cheli-
doniâ.*

omnes venas circa cor existentes, & omne venenum ab eo expellit. Curat etiam omnes Morbos accidentales pulmonis, Sanguinem purificat, & hominem præservat ab omni corruptione virtutis naturalis. Opitulatur denique omnibus infirmis, etiam inquacunque infirmitate sint. Elementum verò aëris est sicut oleum, & habet has virtutes: Juvenes in robore suo confirmat, in fortitudine scilicet & venustate, quum usi aliquando fuerint in epulis, quia nullum sanguinem permittit putrescere. Adurit etiam & expellit omne phlegma salsum, & melancholicam sustollit, omnem denique adustionem colerae nimirum aufert, Elementum autem ignis, quum de eo accipitur in quantitate unius grani tritici, & conteratur, & incorporetur cum vino optimo, & in collum hominis ægroti, imò etiam semimortui immittatur, hanc habet efficaciam. Omnes vires corporis amissas recuperat & refocillat: penetrat enim usque ad cor, & ipsum calefacit, & expellit omnia venena & omnes humidas superfluitates ab ipso corde. Si vis hominem in agone mortis existentem, in vigesima parte horæ curare, ut sit miraculum, & quasi illusio, dabis ei granum unum olei huius, quod est elementum ignis, & statim convalescet, etiam ut astantes mirabuntur, dicentes, esse quoddam magnum miraculum, *Et ita sentit Lullius. lib. 2. dist. 2.*

*Sanatio
hominis
ex agone
mortis.*

Sunt autem aliqui, qui alio modo Quintam Essentiam ex Chelidonia extrahunt, accipiendo Chelidonium dum adhuc florescit, cum radice & flore, & ponderetur, pondus usque ad suum
D tempus

*Alius
modus extra-
hendi 2.
Essentiam
ex Cheli-
donia.*

tempus reservando. discindatur minutim, & super ipsam infunde aquam fontis purâ, & ponatur super ignem, & tantum bulliatur, donec ad suum prædictum pondus reducat. Hoc facto, pistetur in Mortario lapideo, & exprimatur succus per pannum colatorium, amoveantur feces, & reliquum bulliatur, donec ad spissitudinem mellis perveniat, Et tunc illa materia erit præparata, ad separandum quatuor elementa, unum ab alio. Et ponatur in cucurbitam. ipsam implendo pro media parte, & lutetur desuper alembicus, meliori viâ quâ poteris, & distilletur igne lento in balneo Mariæ, ita quod aqua ab ipsâ materiâ expellatur. Deinde distillatorium ponatur in cinerem, & separabitur ab ipsâ alia aqua, quæ est sicut oleum. Quumq; tertiâ vice videris oleum supernatans, amoveatur Receptaculum, & aliud anteponatur, ad recipiendum illud oleum, quod est ignis. Et ita habes tria Elementa, ab invicem separata, scilicet aquam, ærem, & ignem. Terreâ verò substantia infundo vasis remanet sicut materia combusta. Et quodlibet horum elementorum segregatim in vase reservetur. Quum verò quodlibet elementorum volueris rectificare, quia sic fieri oportet, si vis eo loco medicinali, uti, Aqua igitur ipsa per Alembicum septies distilletur, & in qualibet distillatione Cucurbita optimè lavetur à fecibus remanentibus, quæ debeat admisceri elemento terreo, & distillentur in Balneo Mariæ, & vas in quo aqua illa debet reservari, optimè perlutetur. Tali etiam modo rectificabis ærem per septenariam iterationem in cineribus, semper miscendo

miscendo feces cum ipsâ terrâ. Hâc etiam formâ elementum igneum temperabis, & iustificabis. Et hoc est ipsum oleum tertium. Et quodlibet oleorû reservetur in vase benè clauso. Postquam autem rectificationes cuiuslibet elementorum monstratæ sunt, operæ precium est, scire naturam & virtutem cuiuslibet elementorum. Aquæ ergò qualitatis vis est, expellere omnes calores & venena ab ipso pectore, mundificare etiam sanguinem, Valet etiâ contra opilationes pulmonis & epatis. Corruptit omnem humorem & phlegma supervacuum. Deniq; hominē in novem diebus ab omni infirmitate liberat. Oleum verò æris juvêtutem & robur cum pulchritudine & optimâ venustate conservat, nec permittit sanguinem putrescere, vel melancholiam dominari, aut colerâ adurere, nec phlegma in corpore humano abundare sinat, augmentat sanguinem, & per quæq; membra ipsam disgregat. Et idè qui hoc oleo æris utuntur, sæpè phlebotomisant, quia est valdè penetrativum. Aegrotos maximopere sustentat & nutrit. Valet etiam, si quispiam timeat & in periculo sit amittendi oculum, & per spacium triginta dierum imponat in ipsum omni die unam guttam vel duas, & in hoc miraculosè prodest. Efficacia verò qualitatis igneæ multò est maior cæteris duabus. Operatur enim in illis in quibus priora nihil proficiunt. Homines senes in juventute conservat, & facit ipsos juvenescere, Et si homo esset in iudicio mortis, & caperet de hoc oleo ignis in quantitate unius grani tritici, cum vino vel cum Aquâ vitæ temperatum, restaurat ipsum

Natura & virtutes oleorum ex quatuor elementis.

Ignis qualitatis excellit omnia olea.

*Elixir vi-
ta.*

*Lapis figit
omnes spi-
ritus.*

ad vitam, calefacit sanguinem, recreat cor, conservat hominem à morte, & ipsi restituit vires juventutis. Et si sumitur cum aquâ filiginis, dicitur esse Elixir vitæ. Materia quidem terrea re-ctificata per dissolutiones, coagulationes, & calcinationes, est subtile sal terræ, cum quo possunt transmutari omnia metalla in lapidem, cum quo omnes spiritus figuntur, habentes humiditatem radicalem. Nutrit etiam leprosos. Ex hoc autem Philosophi antiqui lapidem fecerunt, quem Philosophalem appellaverunt. *Modus vero sumendi ipsam medicinam, est hic:* Recipe tres guttas ignis Chelidoniæ, tria cochlearia aquæ rosarum, medicum cochleare de aëre sanguineo, capiantur immixta simul stomacho jejuno. Si infirmitas est calida, detur cum vino, & si homo excessisset annum vigesimum quartum, cum aquâ vitæ. Si autem febres sunt calidæ, nullo modo debet administrari patienti.


CAPUT XIV.

*De modo extrahendi Quintam Essentiam ex
sanguine humano, & in, carnibus,
& similibus.*

SI vis ergò extrahere Quintam Essentiam ex sanguine humano, accipiatur de sanguine hominis sanguineæ complexionis, vel colerici sani, mediocris ætatis, & bonum vinum bibentis, postquam phlebotomisaverit, & sanguis residens infundo vasis ab ipsâ aquâ segregatus fuerit, teratur in aliquo vase cum decima parte salis communis, & benè concutiendo in simul miscetur, & ponatur in pellicanum clausum.

Et

Et postea ponatur in foveam quinque pedum profundam, & latam duorum pedum, habentem unum stratum de calce vivâ, & aliud de fimo equino, sicut supra dictum est de digestivo, & fermentetur ibi per unam Lunam, vel circiter, secundum quod videris tempus esse nubilum vel serenum. Postquam autem videris ipsam materiam esse resolutam in aquam, scilicet quod grossa substantia, quæ infun-



do pellicani residet, ab aqua penitus sit segregata, extrahatur ab ipso fimo, & ponatur in Balneum Mariæ cum alembico, & distilletur, igne lentissimo, sicut supra de Quintâ Essentiâ vini dictum est. Et quum primam distillationem perfeceris, admisceatur iterum cum fecibus quæ in distillatorio remanserunt, & iterum in fimo putrescat, donec videris purum ab impuro esse sequestratum, & materiam depuratam & subtilem natare super fece, & si sit tempus clarum, putrescat in loco præfato longioris tempore, si fuisset nebulosum vel imbriferum. Hoc facto, secundariè distilletur. Postea iterum cum fecibus ponatur ad digerendum, & denuò distilletur, & hoc fiat quatuor vicibus ad minus. Post distillationem autem quartam circulabis tempore longo, sicut supra dictum est de Quintâ

do pellicani residet, ab aqua penitus sit segregata, extrahatur ab ipso fimo, & ponatur in Balneum Mariæ cum alembico, & distilletur, igne lentissimo, sicut supra de Quintâ Essentiâ vini dictum est. Et quum primam distillationem perfeceris, admisceatur iterum cum fecibus quæ in distillatorio remanserunt, & iterum in fimo putrescat, donec videris purum ab impuro esse sequestratum, & materiam depuratam & subtilem natare super fece, & si sit tempus clarum, putrescat in loco præfato longioris tempore, si fuisset nebulosum vel imbriferum. Hoc facto, secundariè distilletur. Postea iterum cum fecibus ponatur ad digerendum, & denuò distilletur, & hoc fiat quatuor vicibus ad minus. Post distillationem autem quartam circulabis tempore longo, sicut supra dictum est de Quintâ

Essentiâ vini, ita ut talem perfectionem acquirat, ut ex claritate sua immaterialitatem & incorruptionem adipiscatur, & per distillationem approprietur Quintæ Essentiæ sanguinis humani corporis, Et hæc in omnibus ægritudinibus ex nimia suâ nobilitate & virtute maximè est sustentativa naturæ humanæ, & citissimè ægrotantem à quocunq; morbo liberat. Et hæc sufficiant de sanguine humano. Ex carne autem & ovis quum Quintam Essentiam extrahere volueris, caro illa, ex quâ illam educere vis, fit subtilissimè & minutissimè concisa, & postea in mortario pistetur, cum decima parte salis communis. Pari modo ova in mortario cum sale pistentur, donec in aquam redigantur, ponantur postea in Cucurbitam, & super imponatur Alembicus cæcus, & fiat per omnia in digestionem, fermentationem & distillationem, sicut jam de sanguine humano elucidatum est,

CAPUT XV.

De modo extrahendi Quintam Essentiam de Pomis, Piris & aliis Fructibus.

SI vis extrahere Quintam Essentiam à Pomis, Piris, Prunis, Cerasis, Castaneis, & aliis generibus Fructuum, minutissimè cum cultello frustulentur, postea pistetur in mortario terreo, & optimè incorporentur cum decimâ parte salis communis. Postea ponantur in Cucurbitam, & super imponatur Alembicus cæcus, & optimè perlutetur & ponatur infimū, ad putrescendum, sicut jam de sanguine humano est dictū
Et.

Et tunc est perspicendum, si aliquis fructuum habeat virtutem ad hoc ad quod uti volueris, quia illa virtus & præstantia ipsius fructus venit ex sui Essentiâ, quæ in ipsâ materiâ est latens & occultata, & illa dum à fecibus suis, & à materiâ grossiori segregata, & ad immaterialitatem & quasi incorruptionem quandam reducta fuerit, haud immerito à Philosophis Quinta fructus Essentia nuncupatur. Et ideo millies majorem habet virtutem quàm antea habuerat, dum adhuc corpus erat elementatum. Feces enim ipsorum fructuum ex quatuor qualitatibus (ut nemini dubium est) compositæ sunt.

CAPUT XVI.

De modo extrahendi Quintam Essentiam à floribus, herbis & radicibus.

SI vis separare Quintam Essentiam à quatuor qualitatibus florum, herbarum, & radicum. Accipias eas dum benè sunt maturæ, cum tota substantia suâ, tempore claro & sereno, lunâ ipsâ crescente, & jam quasi plena, quia tunc omnes flores, herbæ & radices carent quodammodo omni corruptione, ita quod sunt separatæ ab omni calore extraneo & super naturali, & optimè ab omni immundiciâ purgêtur. Postea minutissimè secando, pistetur in mortario marmoreo, cū decimâ parte salis, & ponatur in circulatorium. Fermêtetur infimo equino per unum mensem, omni hebdomadâ renovando semel finem. Mense autè peracto extrahatur à fimo.

*Mortariū
marmo-
reum.*


alembicum cæcum deponendo, & super im-
ponatur alembicus cum rostro, & distilletur in Bal-



neo Mariae, augmen-
tando primū ignē
usq; ad tertium gra-
dū. Et aqua distilla-
ta reservetur, & fe-
ces ex cucurbita ex-
trahantur & pulve-
risentur minutissi-
mè. Postea superin-
fundatur aqua di-
stillata super feces,
& iterū apponatur
alembicus cæcus,

omnia optimè lutando, sicut priori vice fecisti,
& distillentur in balneo Mariae, ignē minuendo
per gradum medium. Post hoc iterū feces pul-
verisentur, & superfusa aqua, quæ ab ipsis erat
distillata, iterum digeratur ut suprà, & tertio di-
stilletur, & putrescat, semper ignem diminuen-
do per medium gradum. Putrefactio quoq; de-
creseat semper per medium gradū, scilicet quod
in secundâ digestionē putrescat per dies viginti
& unum, in tertîâ per dies quatuordecim, in
quartâ per dies octo, ita quod quaternis vicibus
fermentetur. Quartâ autem distillatione per-
acta, ponatur in hoc circulatorium. Et sepeliatur
in infimo equino, vel in balneo, faciendo ignem
in primo gradu. Potest etiam poni ad Solem die-
bus aestivis, vel etiam occultetur in vinaceâ &
ibidem circuletur per unum mensem integrum
vel paulò plus, quia quantò plus circulat, tantò
nobis

nobilior efficitur, dum
superflua humiditas
quatuor qualitatū pe-
nitus digeritur, consu-
mitur & resolvitur in
circulatorio p frequē-
tem ascensionem & de-
scensionem. Et ita ha-
bes Quintam Essentiā,
in quā maxima virtus
Herbarum, Florum, &
Radicū delitescit. Ma-
gis tamen est efficax, si
accipis herbam, semē,



vel radicem, & distillaveris ex eis aquam, & illā
aquā ita distillata iterum super feces suas, unde
est distillata, fundatur, digerēdo infimo equino
per septē dies. Postea distilletur per cineres omni
viā, modo, & formā, sicut suprà in Chelidonia est
factum. Quia per hoc ex ipsis quatuor qualita-
tes separabis, & materia tantò nobilior & prestā-
tior reddetur. Et quodlibet segregatim reserve-
tur, quia aliter feces nullius essent valoris. Possit
autē aliquis fescitari, quid est Quinta Essentia,
quum nō sit plus quā alia aqua distillata? Ad
hoc respondeo, ipsam nihil aliud esse in formā &
visione quā aliam aquā distillatam. Sed mul-
tò maior, subtilior, & nobilior est quā alia aqua
distillata simplex, quum per multas & varias di-
gestionem, circulationem, & distillationem omnis
phlegmatica & aquea humiditas in ipsā sit con-
sumpta. Pari modò per suam excellentem sub-
tilitatē, dum super feces funditur, & iterum di-

*In quo ex-
cellat Q.
Essentia
alias a-
qua di-
stillata.*

D s

geritur,

geritur, & ab ipsis fecibus iterum distillatur, omnem suam vim & virtutem, quæ in ipsâ latebat, recuperavit, Et idè assimilatur ligno combusto, quod jam in carbones est redactum, & tamen ipsi carbones non sunt ulterius flamma. Comparatur etiâ mortuo. Dum enim ipsa anima est à corpore segregata, cadaver ad aliud nihil prodest quàm ad putrescendum. Et propterea omnia ad unguem manifestare volui, ut si quippiam subtilis & magnæ efficaciz habere velis, posses ad operationem secundum animi tui libitum perducere, accipiendo de istâ Quintâ Essentiâ loco aliarum aquarum, & adjungendo quascunq; species volueris, & pari modo distilletur, sicut jam sæpius auditum est, scilicet. Recipiendo de Quintâ Essentiâ *uncias 6.* aliarum specierû quarumcunq; *drachm. 4.* pulverisentur subtilissimè, & ponatur in Cuucbitam, superimponendo Alembicum cæcum, & digeratur in fimo equino per mensem integrum. Postèa distilletur, ignem faciendo usq; ad finem tertii gradus. Postea feces pulverisentur, & superfusa aqua de eisdem distillata, ponatur iterum in Alembicum cæcum, digerendo per tres hebdomadas. Deinde iterum distilletur, & digeratur per dies quatuordecim, minuendo semper ipsum ignem per unum gradum. Et cum quater distillaveris & putrefeceris, iterum feces pulverisentur, & ultimò ignis fiat in primo gradu caloris, & digestio fiat per dies octo. Postèa ponatur in circulatorium, & ibidem circuletur quâ tum volueris, tunc in quolibet mirabilem operationem invenies, ad quam ipsa materia est ordinata.

dinata. Si autem putes de corruptibili fieri incorruptibile: decipieris, *ut ait Iohannes de Rupe-
fissa*. Licet enim faciat corruptibile incorrupti-
bili vicinum, tamen ad veram perfectionem nõ
ducitur, *ut ait Lullius*. Quia quicquid sub cœlo
est, corruptibile est. Et idèò maximè est absur-
dum, præparare vel facere varias res, ut aliqua
materia possit omninò à corruptione præservari.
Sicut in ægrotis videmus, qui aliquando à
medicis casu fortuito sublevantur, nullâ tamen
debitâ curâ præeunte. Sed tamen (*ut ait Ovi-
dius*) Non est in medico semper relevetur ut æ-
ger. Quia si hoc esset, homines qui ab hinc jam
centum aut ducentis annis elapsi sunt mortui,
adhuc essent in vitâ. Idèòq; si vero auro potabi-
li uteris, sicut jam ante quingentos annos in
usu fuit, putes te trecentos aut quingentos an-
nos victurum, sicut de pluribus veterum legi-
tur? frivolum hoc est, & maximè ridiculum hâc
ætate nostrâ, quum natura hominum, & virtus
vegetativa de die in diem decreseat, quumq;
nullum bonum inter homines sit regimen in
esû & potatione. Quia nostro tempore (quod
etiam divus Paulus præcinit esse commune)
nemo est qui dubitet, plures mori crapulâ quâ
gladio. Deniq; nullum Dei cultum, timorem
& ceremonias recto tramite observamus, sicut
antecessores nostri fecerunt. Et idèò raptus est
justus ne malitia immutaret intellectum. Viri
sanguinû & dolosi dimidiabunt dies suos.

Et idèò quicquid molimur,
inanè est.

*Quomodo sit extrahenda Quinta Essentia
ab Antimonio.*

Essentia Quinta ex Antimonio extracta, multū valet, ad plagas exiccandas. Et fit ita:

Recipe pulverem Antimonii subtilissimum, incorporetur cum aceto distillato, & sit melius quod haberi potest. & tantundem ibidem permittatur Antimonium, donec acetum in colorem rubicundissimum convertatur. Coletur deinde acetum & ponatur in vas mundum, & super infundatur de alio aceto distillato, & ponatur super ignem modicum, donec acetum coloretur. Et hoc fac toties, ut acetum cesset colorari. Ipsumque quod coloratum est, accipies, ponendo in cucurbitam, distilletur per Alembicum in fornace cinerum. Et primò distillabitur acetum ipsum, post hoc per rostrum alembici videbis egredi materiam mille colorum, & hæc est ipsa Quinta Essentia, quæ à Philosophis appellatur Plumbum Philosophorum. Nuncupatur etiam à quibusdam Artistis Lac virginium. Est tamen differens ab illo, de quo infra dicetur, & ferè oleo benedicto in colore assimilatur. Hæc itaque ponatur in Pellicano, ad circulandum per dies quadraginta, & poteris eo uti ad omnes plagas loco Balsami, quia facilè & citissimè omnia vulnera curat. Etiam omnibus apostematibus mirum in modum confert. Et ex ipso plumbo quoque vel cerusa etiam extrahitur Quinta Essentia, sicut ex Antimonio, super fundendo

*Plumbum
Philoso-
phorum,
vel lac vir-
ginium.
Errat hic:
quia per
corū plum-
bum non
intelli-
gunt Q.
Essentiam
Antimo-
ni.*

Acetum distillatum, per digitos quatuor. Postea in fimo equino digeratur, sicut narratum est de Quinta Essentia herbarum & florum. Deinde distilletur, & primo videbis ascendere ipsum acetum, post ipsum quandam humiditatem, sicut est oleum, & hoc etiam appellatur Oleum plumbi, sive Q. Essentia plumbi, & habet in se quandam dulcedinem, sicut oleum Antimonij. Valet autem contra omnes combustiones ignis, & aquæ calidæ, & contra impetiginem, & vesicas cholicas. Notandum tamen est, ipsam cerusam prius debere ablui sæpius cum aqua rosarum, colando per pannum linteum, donec nil in ipso remaneat de pulvere cerusæ. Deinde exiccetur, & usui reservetur.

Et ita vult Servitor, & Ioannes de sancto Amando, super Antidoto Johannis Mesue.

CAPUT XVIII.

De modo extrahendi Quintam Essentiam ex Sole.

Multi diversi modo de Quinta Essentia Auri tradiderunt, tamen brevitatæ causâ subtiliorem & breviorẽ modum demonstrabimus. Quum ergo volueris extrahere Quintam Essentiam ab ipso Sole tanquam pretiosissimo omnium Metallorum & perfectissimo.


Recipe Solis optimi *uncias iiij.* Mercurij vivi & optimè abluti *uncias xxiiij.* fiat amalgama. Et habeas tria vel quatuor, vel plura instrumenta terrea, à figulo facta de optimâ terrâ, quàm habere potueris, & fiant in forma pixidis, de

D y unâ

unâ latitudine & amplitudine ab uno fundo ad alium, & sint in fundamento rotunda, in longitudine unius palmæ lata, ita ut possit ingredi tigillum aurifabri, & ab intus sint vitreata, & circa ambitum vel orificiū.

Quorum forma hæc est.

Postquam autem factæ fuerint, circa orificiū optimè adæquentur & poliantur, ita ut sint æquata perfectissimè. Hoc facto, accipe tria aut quatuor tigilla vel crucibulos, ponendo in ignem, & calefaciendo, ut rubescant, & cum ita erunt candentes, amoveatur unū & super marmore ponatur, infundendo ipsum amal-



gama, & subito habeas unum ex prædictis instrumentis, super imponendo ipsum tigillum, in quo est amalgama, & sine ita frigesce super lapidem. Dehinc habeas pedem Leporis, cum quo vasculum optimè ab omni Mercurio mundetur, qui in ipsum ab intus ascendit, & rursus in tigillum imponas, cum ipso amalgamate. Abhinc imponatur amalgama in conctile mundum, optimè ipsum terendo & agitando cum instrumento ferreo, vel parvo pistillo, & videbis ascendere quandam materiam nigram, subtilem, & levissimā, sicut est pulvis aliquis, quam cū pennā abstrahes, imponendo in Cucurbitā, & optimè ipsam perlutabis cum luto sapientiæ. Accipiatur deindè amalgama, & imponatur in aliud

aliud tigillum candescens, super imponendo unum ex prædictis vasis, & frige fiat super ipso marmore, & fiat per omnia sicut de primo. Si autem breviori viâ hoc operaveris ipsum amalgama in tres vel quatuor partes dividatur, imponendo quamlibet partem in uno vasorum, sicut per omnia enarratum est, & quum amalgama erit infrigidatum, semper habeas tigillum candescens præparatum, ut imponas aliud, semper ipsum vas mundando cum pede Leporis, sicut iam dictum est, & Mercurius qui ascendit ab iatro, debet semper admisceri iterum cum amalgamate, donec nullum Solem videas admixtum cum Mercurio. Hæc autem materia nigra, de quâ jam diximus, à Philosophis Caput Corvi appellatur, & est initium omnis veræ & perfectæ scientiæ. Et licet sit nigra & fusca: est tamen Aurum quod infundendo poteris probare. Et quando videbis ipsum Mercurium non plus reddere de tali materiâ nigrâ, tunc est certissimum indicium, nullum Solem plus in ipso contineri. Dùm ergo ipsam ita collegeris, debet optimè lavari, ut totus Mercurius ab eâ secedat & separetur. Hæc autem lavatio fit hoc modo: Distilla semel aquam fontis per Alembicum, imponendo materiam nigram in urceo vitreato, super infundendo de hac aquâ distillata, & teratur cum digito mundo hinc & inde, & videbis Mercurium ab ipsâ materiâ separatū, in fundo residere. Postea colabis aquam & materiam ab ipso Mercurio in urceum alium vitreatum, super infundendo aliam aquam distillatam, faciendo sicut prius. Et hoc toties, de-

*Erat: quia
caput cor-
vi apud
Philosoph.
est deni-
gratio ma-
teria: lre
putrefa-
ctio vel
digestio.*

acc

nec tota materia ab ipso Mercurio segregetur. Postea Recipe urceum cum illâ nigrâ materiâ, & pone ad locum securum, ipsum optimè tegendo, ne aliquid impuri possit incidere, & dimitte ita requiescere per diem & noctem, & tota materia in fundo residet. Dehinc aqua à materiâ ipsâ coletur eū panno linceo albo & munda, & illa materia siccetur super parvū ignem, de carbonibus factum, aut ponatur in arenam calidam, vel in cineres. Postea in Cucurbitam ponatur ipsam optimè lutando, & usui reservetur, donec volueris ea uti. Mercurium autem tuū, cum quo præparabis Amalgama, ita præparare debes. Primò accipe de Mercurio quantum volueris, imponatur in mortarium cum aceto & sale communi, teratur, immisceaturq; infimul cum pistillo ligneo, donec acetum in nigredinem deducatur. Quo facto, ab ipso Mercurio segregetur, & coletur, aliud recens super infundendo, iterumque pistando, donec nigrescat. Deindè iterum coletur, & aliud super infundatur. Et hoc fac toties, ut ipsum acetum desinat nigrescere. Postea permitas stare donec Mercurium in ipso fundo videris, & indè acetum iterum coletur. Mercurium verò ipsum cum sale in urceō vitreato pones ad ignem, ut exiccetur. Quo facto, ipsa materia in substantiam aliquantulum duram emutabitur. Hanc ergò in mortario iterum teres cū pistillo ligneo, superfundendo aquam fontis puram, semper terendo. Et quando videbis materiam nigram esse, collabis aquam ab ipsâ, & impones recens. Et hoc fiat toties, donec tota nigredo à

Mercurio

Prepara-
tio Amal-
gamati
ex Mer-
curio.

Mercurio abeat & recedat unà cum sale, & tunc est præparatus ad ipsum Solem. Dehinc per linteolum coletur tribus aut quatuor vicibus, & ultimò per corium, sicut faciunt Aurifabri. Veram ergò sic habebis Mercurij rectificationem. Sunt tamen aliqui, qui alio modo ipsum præparant, scilicet accipiendo capita Allij, quæ optimè debent à corticibus suis mundari, deindè pistentur quantum poteris, & exprime succum ipsum per pannum, & accipias de Mercurio quantum volueris, teratur super marmore cum prædicto succo Allij, donec mortificetur, & ab invicem separetur Mercurius, ut nihil penitus de ipso appareat. Deindè alium Mercuriũ, iterum cum Allio terendo, & fiat sicut de primo. Quod factò, ponatur in vas terreum vitreatum, aut in mortarium, terendo fortiter cum pistillo ligneo, admixto sale & aceto, & quum nigra fuerit, coletur, & iterum aliud acetũ imponatur. Et hoc fac toties, donec nihil de materiã nigrã remanebit, & ita erit optimè præparatus. Alij verò aliã viã ipsum purgant, & est melior quàm illa quæ fit cum sale vitri & vitreolo, & fit sic: Accipe sal commune præparatum, & cum ipso Mercurius sublimetur, & cum albescit sicut nix, projiciatur in aquam calidam, donec insimul congeletur, Quo factò, ex aquã deponatur, & fiat sicut priori modo, & erit optimè purgatus. Cum quo poteris solvere deindè Solem vel Lunam per optimè.

Alia præparatio Mercurij.

Alia purgatio melior.

CAP.


De modo distillandi per descensum.

DVplicem esse modum distillandi neminem latere arbitror, per ascensum scilicet & descensum. Quorum ille ab omnibus facile est cognitus, hic verò à paucis. Quod ere operæ præcium me facturum ratus sum, si huius artis tyronibus viam distillationis per descensum insinuaro. Plura enim per hunc modum distillantur, Sicut fit in oleo Iuniperi, in oleo Benedicto, in oleo Nucis muscatæ, in oleo Vitellorum Ovorum, & in multis aliis. Talis ergò distillatio potest fieri in fornace quadrata, facta ex lateribus non coctis. Et sit in amplitudine & latitudine trium cubitorum, vel paulò plus, ponendo unum lapidem post alium, sicut fit in Germania, in constructione focorum, super quibus esculenta coqui solent. Et sit de terra, in altitudine unius cubiti & medii ab omnibus lateribus, excepto anteriori, suprà quò ponantur ferramenta, super quibus alii sint lateres tenues, quos tegulas dicimus. In medio verò habeat foramen latitudinis unius cubiti, quum ex ipsâ longitudine fit annulus, per quem possit immitti pes hominis. Super hunc ergò focum ab omni parte fiat una positura laterum muralium, in altitudine unius cubiti, vel circiter duorum.

Cuius forma sequitur.

*Sigillum
Hermetis.*

Postea habebis Fornacem paratam ad distillandum & sigillandum omnia vitra distillatoria quæ volueris recludere, & appellatur Sigillum Hermetis, sicut in capitulo subsequenti copiosè declara-




*Furnus de
stillationis
per descen-
sum.*

declarabitur. Quum ergò volueris distillare per descensum, accipiat cucurbita de meliori terra quàm invenire potueris, vel si non possis habere terram bonam, fiat de cupro vel auricalco,

*Quomodo
distillatur
per descen-
sum.*

& impleatur usq; ad tertiam partem cum materiâ illâ quam distillaveris, & in hoc claudatur cooperculum ferreum tenuissimum, factum de laminis ferri, sitque plenum foraminibus parvis: *Et orificium cucurbitæ vertatur hoc modo.* Et intret foramen quod est in fundamento fornacis in latitudine trium digitorum, & sint omnia per optimè lutata, quòd à summate



*Vas descē-
sionis ex
bonâ ter-
râ vel cu-
pro.*

Forna-

Fornacis in fundum eiusdem nil possit cadere. In inferiori verò parte fornacis ponatur receptaculum, ad suscipiendum materiam distillantem, & in superiori parte fundamenti fornacis fiat ignis de carbonibus ab omni latere, sit tamē longinquus à distillatorio, in quantū est possibile. Et in principio, ignis debet esse valdè exiguus, postea sensim & paulatim semper augmentetur, & semper poteris ipsum appropinquare paulatim ipsi Cucurbitæ. Et scias quòd quælibet materia in principio distillabit aquam, tamen una plus quàm alia, quemadmodum assiduus huius artis sectator ex variarum materiarum distillatione videre potest. Ponatur ergò infrà ipsum orificium per fundamenti superioris partem cucurbita vitrea in inferiori parte fornacis, ad recipiendū quod distillaveris. Quumq; videbis oleum distillans, ipsum vas debet evacuari, & iterū supponatur, & semper augmentabis ignem, approximando ipsi distillatorio sive cucurbitæ, donec nullum oleum videas plus distillare. Tunc enim ignis est amovendus & retrojaciendus, & quanto longius, tantò melius, donec extinguatur, & superior cucurbitæ pars sit infrigidata. Et deindè inferiorem partem, in quā est oleum, amovebis, & reservabis segregatim. Quòd autem ignis in principio debeat esse valdè exiguus, & debeat paulatim augmentari, ita ut sit in quarto gradu, hoc fit duabus ex causis. Prima quidem est, quòd ex illo abundanti & vehemēti calore cōsumitur omnis humiditas ex quo potest fieri oleum, & hoc fit præcipuè in oleis vitellorum, ovorum, & nucis

musca-

muscatae. Sed in aliis, sicut in oleo Iuniperi, poteris facere ignem repentinum, quantum libuerit. Secunda causa est, quod ipse lignum accensum possit ipsam cucurbitam lacerare, ut possit comburi, vel rumpi, vel oleum ex eo possit aliquem foetorem attrahere, & ideo ignis in principio secundum cursum naturae est faciendus, quum ipsa natura nihil violenti patitur, ut jam ex Avicennae & Aristotelis Sententiis probatum est, in Quinta Essentia vini. Sed in Oleo benedicto simplici debes saltem augmentare ignem in fine distillationis, poteris etiam facere Fornacem hoc modo. Ita ut sit fovea in terra fossa, in longitudine, latitudine, & profunditate, sicut materia distillanda exiget, in qua ponatur olla vitreata, bene lota cum aqua, ad vitandum, ne olea distillata ipsam ingrediantur. Superq; orificium ipsius ollae ponatur lamina ferrea tenuis, multis foraminibus perforata, ita quod olla laminam ascendet in latitudine unius digiti obliqui sive transversi, & super hoc vas terrenum, aliud imponatur, vertendo unum orificium contra aliud. In illa vero superiori sit materia distillanda, bene claudendo ipsum vas, ne materia possit elabi. Deinde optimè omnia lutentur, & fiat ignis circa ollam superiorem, quae debet esse tota extra foveam, praeter orificium, quod sit in magnitudine fossae. Sed haec secunda via non potest bene fieri sicut prima, ex duabus rationibus. Quarum prima est, quia primam vice non possis separare aquam ab oleo. Secunda vero est, quia non potes facile scire, quando tota materia est distillata, nisi per crebrum

Preparatio Fornacis.

Alia preparatio Fornacis.

brum usum & consuetudinem experiaris. Potest quoque per aliam viam fieri Fornax distillandi per descensum, hoc modo: Fiat fovea in colle præcipiti, & inferius distillatorium in forma prædicta imponatur, semper imponendo aliud, in cuius fundo multa sint foramina. Et super hoc distillatorium vel ollam ponatur tegmentum, ab inferiori usq; ad superiorem partem undiq; optimè claudendo, vel lutando. Et circuitus ollæ superioris sit inferior colle, ita ut collis ipsam ollam ascendat, deindè fiat ignis in formâ suprà dictâ. Possis etiam supponere vitrum huic ollæ. Nam prior Fornacis pars de olla inferiori debet esse aperta, ut possis cognoscere, quando tota materia sit distillata.

CAPUT XX.

De modo claudendi Sigillum Hermetis.

*Sigillum
Hermetis.*


SÆpiùs oleum vel aqua nobilis exigit eximiam clausiorem, ne spiritus & virtus vegetativa ab ipsâ possit exhalare sive expirare, & sæpiùs hoc exigit materia circulanda vel fermentanda, ne virtus rei diminuatur. Et hæc clausura appellatur Sigillum Hermetis, & inter omnes alias Sigillationes est nobilissima & excellentissima. Quæ quidem ita fieri solet. Vitrum sive distillatorium impletum usq; ad tertiam partem de materiâ digerenda circulandâq; collum habeat longum, & intrudatur ab infrah in foramen parvæ Fornacis, sicut in antecedenti Capitulo narratum est, ita quod ipsum vas penetret foramen Furni per quatuor digitos, obli-
quos.

quos. Si verò ipsum foramen sit amplius quàm collum vitri, debet obstrui argilla ab omni parte, ne quicquam circa vitrum possit in inferiorem fornacem cadere, & ipsum orificium vitri sit liberum in fornace nec ullatenus sit circumdatum argilla. Postea fiat ignis exiguus de carbonibus in superiore parte Fornacis, ita remove, quantum poteris ab ipso vitro seu distillatorio. Deindè sæpè appropinquabis ipsum circumcucurbitam, paulatim augmentando, donec videris ipsum vitrum rubescere, sicut vellet fundi. Accipe ergò forcipem alicuius Fabri ab anteriori parte candescentem, cum quâ supremam vitri partem rubescentem stringes, paulatim candendo & vertendo forcipem, & sensim ab inde abstrahendo, & videbis ipsum vitrum ab eâ parte ita esse integratum, sicut est in aliis. Post hoc ergò ignis parum amovendus & leniendus, forma & modo, ita quòd fiat sensim, donec ipsum vas planè sit infrigidatum, quia si post extensum calorem frigus repentinum succederet, statim rumperetur, & ita omnis labor industria & impensa foret supervacua. Ideoque non parvâ diligentiam ignis est minorandus, & ipsum vitrum infrigidandum. Hoc itaque modo potes custodire instrumentum sive vas reclusum, quantum volueris. Quando autem ipsum referaveris, habeas filum sulphuratum, cum quo collum vitri sex aut septem vicibus circumdabis, & accendat. r ipsum Sulphur paulatim cum candela cet. & dum totum filum adustum fuerit, ipsum vitrum rumperetur. Amove ergò collum, & impone vel extrahe quicquid volueris. Aut habeas
tria

*Reservatio
ipsum si-
gilli Her-
metis.*

tria vel quatuor instrumenta ferrea, longitudinis duorum cubitorū, vel paulo plus, in quarū extremitate sint duo annuli, quorum unum ex his, quod magis ad hoc aptum videtur, collo vitri imponatur, & modico elapso tempore, ipsum vitrum rumpetur, & hoc modo poteris abscindere parva vel magna vitra, ut volueris, & erunt adeo æquatim abscisa, sicut si cum aliqua setra adempta fuissent. *Quorum forma est hæc.*

Instrumenta ferrea, quib. poteris abscindere parva vel magna vitra.



CAPUT XXI.

De modo distillandi acetum & urinam humanam, in quibus omnia Metalla calcinata resolvi possunt.

IN superioribus capitulis huius operis diximus, in aceto distillato solvi posse Solem, & quomodo etiam per ipsum Quinta Essentia ab ipso Plumbo & Antimonio extrahitur. *Extrahitur* sarium ergo pro tyrunculis modum distillandi describere. Est enim quiddam magni discrimini

*Differētia
inter di-
stillationē
Aque vi-
tae & A-
ceti.*

minis inter distillationem Aquæ vitæ & aceti. Quia in aquâ vitæ substantia melior primò distillatur. In aceto verò ultimò. Ita quod aqua sive phlegma in vino sit posterius, in aceto verò antèrius. Et idèò quum melior substantia aceti per distillationem ad receptaculum dilabitur, habeas optimum acetum, quod habere potueris, ponatur in Cucurbitam, super imponendo Alembicum, & distilletur per cineres, vel in Balneo Mariæ cum igne lento, donec nulla plùs aqua egrediatur. Postèa gustetur sæpiùs atque sæpiùs super linguam, si fortificatur in acetositate cum quodammodo mordacitate aliquâ, tunc tempus est amovendi Receptaculum, & aliud in locum suum ponatur, quod sit benè lutatum, & ignis parum augmentetur. Quumq; videris parvas lineas albas, quasi nubeculas in Alembico, distillabis ultrà, donec spiritus egrediantur, quorum vaporositatem videbis elevari in supremitate Cucurbitæ, & egredi ex Alembico in ipsum Receptaculum. Sed quum videbuntur tibi guttæ sanguinæ in Alembico, iterum aliud Receptorium anteponatur & râtundem distilletur, donec tota materia sanguinea sit in Receptaculum egressa. Et hæc materia valdè est foetida, combustionem olens, & idèò hoc acetum non est bonum ad resolvendum Solem calcinatum, pro faciendò Aurum potabile, sed benè pro tingendis metallis, quia foetor ille combustionis adhæreret substantiæ Solari, ex quâ potiùs Aurum potabile corrumpetur quàm melioraretur. Si verò distillaveris vinam humanam, in quâ possunt resolvi folia auri, vel

E

etiam


etiam aurum calcinatum, ex quo ipsa urina ita distillata potest extrahere colorem, ad faciendum Aurum potabile, jam multoties prænotatum, quæ etiam habet maximam vim a-

At podagram,

podagram, dum pedes omni die duabus vel tribus vicibus ex illâ illineantur, & de semetipsis exiccentur. Valet etiam physicis, & multis Medicinis accommodari potest quas brevitatis causâ omitemus, dum etiâ non sit hîc nostri propositi. Itaq; distilla-

bi humanam urinam

tali modo: Accipe urinam hominis sanguinei vel choletici sani, bibentis bonum vinum: qui nondum trigessimum quintum annum excesserit. Distilletur quatuor vicibus per Alembicum in Balneo Mariæ, Postea circuletur in Pellicano per dies quadraginta, & usui reservetur. Alii septies distillant, & melius.



CAPUT XXII.

De modo distillandi mel quod ipsum Aurum potabile ingreditur.

De his videtur de Plin. lib. II. cap. 24. & 16.

Mellis bonitas natione cõstat, aliubi enim favi cera spectabiles gignuntur, ut in Pægnis, Sicilia, aliubi mellis copia, ut in Creta, Cipro,

Cypro, Aphrica, Aliubi magnitudine, ut in Septentrionalibus, viso jam in Germania octo pedum longitudinis, in favo, in cavâ parte nigro, In quocunq; tamen tractu terna sunt mellis genera. Verùm ex floribus constructo favo, quod ideò vocatur Anthinum. Alterum genus est mellis æstivi, quòd ideò vocatur horæum, à tempestitivitate præcipuè &c. Tertium autem genus mellis est sylvestre, eximiturq; post primos autumnii imbres. Ericæum id vocant, ab Ericâ frutice, quæ & Sifarum dicitur, quæ herba eo tempore sola floret in sylvis, ideòq; melli nomen præbet. Sed quia apud nos ne ipsum mel Atticum, nec præscripta inveniuntur genera, accipiendum est de nostrate, meliori quod inveniri potest, & hoc debet esse rubicundum, spissum, & nullam in se habens aquositatem, imponatur in caldare, vel in capsiam ferream in quâtitate quâ volueris, addatur aqua fontis puri, in quantitate mellis, & coquatur super lentû ignem, semper spumas colando usq; ad cõsumptionem aquæ, & hoc fiat per novem vices. Postremò verò coquatur, donec in spissitudinem propriam mellis reducatur. Exinde circuletur in Balneo Mariæ, calefacto in primo gradu caloris, per dies quadraginta. Quo factò imponatur in Cucurbitam, quæ sit longior & altior quàm in aliis materiis distillandis, & sit de terrâ ab intus vitreata, ponatur in Balneo Mariæ, distillando per Alembicum. Etsi forsitan mel ipsum ascenderit haberas pannos madefactos frigidos, qui circum Cucurbitam volvantur ab intus per Alembicum, & exhibit primò aqua clara,

quæ debet reservari segregatim, quia valet ad elongandum & colorandum capillos. Post hoc exhibita aqua citrina & aurea cum oleo, & hanc iterum segregatim custodies. Et hæc aqua secunda habetur apud quosdam Chyrurgos loco Balsami artificialis. Valet enim ad loca interiora lixanda & chyrurganda, & ad plagas profundas mundificandas, & etiam ad crines colorandos. Tertiò verò & ultimò distillabitur per cineres & exhibita aqua rubicunda, declinans parùm ad aliquam nigredinem, & valet ad mundificandum & incarnandum plagas. Si ergò de priori aqua habueris maiorem quantitatem, ponatur ipsa aqua prima super feces suas, & distillabis, sicut primâ vice fecisti. Et quamlibet aquam vel oleum separatim in phiala sua recludes, & custodies.

Capilli.
Balsamus
artificia-
li.
Capilli co-
lorandi.

Ad pla-
gas.

C A P. XXIII.

De auro potabili communi.

IN superioribus capitulis tractavimus de modo Quintam Essentiam de omnibus rebus quæ formam habent & speciem, extrahendi, quæ maximè ad Aurum potabile cõficiendum administrantur, nunc non inopportunum foret, si pauca de modo & vnciis variis faciendi Aurum potabile, per quod vita humana quasi à corruptione, scilicet ad terminum ætatis nobis præscriptum conservaretur, differamus. Varii enim operantur variè, & quisque suum laudat, quamvis laudabilè non sit. Quatuor enim modos principales invenio, per quos antiquus

quitus aurum in substantiam potabilem redigebatur. Tamen ne aures tyrunculorum tenues obtundam breviorē communioremq; declarabo viam, Rusticorum enim est adagium: Trita semita non posse aberrare. Monstrabo itaq; viam satis tritam & usitatam, ex quā optimam poteris habere practicam, Est etenim secretum ab ipsâ Quintâ Essentiâ extractum, in quo Philosophi antiqui maximum habentes laborem, tamen omnia nobis occultarunt ex ratione, quia habet virtutem occultatam (quam divina providentia ei indidit) per quam juvenis ipsa venustatem & robustitatem amissam potest recuperare, per quam etiam tota senectus abigitur, non tamen ex eo gradu in quo est, sed repræsentat hominem antiquum esse juvenem, si de eo utatur, ut infra copiosius docebitur. Et hæc est substantia & materia prima, in quā veteres Philosophi tantum laboraverunt, ut possent aliquo modo substantiam & naturam humanam à corruptione præmaturâ conservare. Omne enim genus hominum (teste Stagiritâ philosopho) cupibile est posse à corruptione præservari. Sed à Deo optimo maximo præscitum atque prædestinatum est, *semel nos debere mori*. Vnde Cordubensis noster Seneca non illepide ait: *Nihil certius esse morte, & nihil incertius esse hora mortis*. Et divus Paulus: *Statutum est omnibus semel mori*. Et idem, *Omnes in Adam morimur*. Impossibile ergo est, posse nos invenire materiam corruptibilem, quæ à corruptione nos præservet, quum nihil sit sub cœlo (teste Aristotele) quod corruptio-

Quatuor modi redigendi aurum in substantiâ potabilē.

Juvenescunt senes.

nis sit expers. Ideoq; nobis inveniendum est aliquid incorruptibili vicinum. Censeoq; quàm plures in hoc laborasse, ut æternaliter viverent, qui scripserunt, ipsam Quintam Essentiam esse adeò perfectam & incorruptibilem, ut ei nihil desit, quod quidem est falsissimum. Nam si esset adeò perfecta, ut nihil ei deesset, faceret nos æternales, quod est contra voluntatem Dei, ut jam sæpius dictum est. Possumus tamen invenire viam & artem prolongandi vitam nostram usque ad terminum nobis præscriptum, dummodo timeamus & veneremur Deum, ut justum & dignum regimenq; habeamus, quod vitæ nostræ non sit incommodans. Ideò Iohannes de Toletto, & Hugo, ambo cardinales, fecerunt aurum potabile in hanc viam, quo quidem semper in omnibus esculentis utebantur, & pro thesauro abscondito habebant. Et hoc sic fit. Primum & ante omnia habeas aquam, in qua possit dissolvi aurum, & argentum, & omnes lapides preciosi. Et fit hoc modo.

*Aurum
potabile
Hugonis
pessimum,
mortalis &
venenosum.)*

Accipe salis ammoniaci, salis nitri *analib. i.* conterantur & pulverisentur in mortario: Postea adde sulphuris vivi, *unosam i.* Mercurii sublimati *unciam i.* conterantur, & misceantur omnia simul. Quo facto, accipie de dictis rebus pulverisatis in pondere *unc. trium*, distilletur cū igne lento, in fine ipsum augmentando, sicut fit in aquâ forti, quia ipsa aqua cum magno impetu egredietur, Et fac ut possis habere *libram unam* de dicta aqua, quam reserva in vitro cum collo stricto, bene recluso. Et quando volueris facere Aurum potabile, Recipe de auro finissimo

*Difficili
Aqua &
periculo-
sa.*

simo *unc. 2.* vel *drach. 1.* vel quantum libuerit, potes enim facere ad placitum, Mallectur in laminas tenuissimas, & quantum poteris subtilissimas. Et pro unâ parte auri capias partes tres Mercurii, qui nondum fuerit sublimatus calefiat amalgama in modum pultis, & tam diu amalgametur, donec omnia benè simul incorporentur



Quum autem fuerit benè amalgamatum, fundatur in aquam frigidam. Potest etiam fieri amalgama cum pinguedine quæ in bombardis remanet, postquam sæpiùs extorsa fuerint. Quum enim fuerit materia liquefacta, debet fundi in bombardam, & hinc & illinc agitando optimè amalgamari. Et hoc fac roties, agitando & concutiendo, donec pulti assimiletur. Postea ponderetur, & tantundem de sulphure vivo accipias, quantum ponderabit Mercurius & aurum, iterum in urceum imponendo super ignem, & tantidem agitando, donec totum sulphur comburatur. Postquam autem ab igne fuerit extractum, iterum conteratur & misceatur simul, ponendo super prunas, donec rubeat. Quo facto deponatur ab igne, & invenies aurum tuum optimè & subtilissimè calcinatū. De hoc ergò aureo pulvere capies *drachm. 2.* & de aqua prædicta *unciam unam*, & imponatur in vitrum cum collo longo, ipsum orificium

E 4 . opti-

optimè claudendo, ut nullus vapor vel spiritus possit exhalari, & in iëtu oculi ipsum aurū fundetur, & in aquā purā convertetur, citrini quidem coloris, ut etiam, si humana cutis cum eā tingatur, appareat esse rubicunda. Et cum tali aquā pennæ colorantur in colorem rubeum, Ex quo etiam evenit, ut multæ res diversæ in eam impositæ, diversos acquirant colores, Nam si in prædictam aquam imposueris limaturam argenti, vel argentum calcinatum, aqua ipsa colorem cœlestem nanciscitur, ex quā capilli & crines equorum vel aliorū animalium possunt tingi in colorem cœli. Si verò imposueris argentum calcinatum, cum totidem Mercurio, convertetur in colorem nigrum, omnia tingens quæ apposueris. Si autem cuprum adustum imposueris, in viridem colorem mutabitur, & tali proportionem crines fiunt virides, & omnia alia quæ cum tali aquā tinguntur, & per consequens possit habere multos & diversos colores ex diversis substantiis impositis, quæ omitto, ne tædium lectoribus ingeram. Ista enim aqua non fit ad colorandum sive tingendum, sed potius ad resolvendum aurum, argentū, & omnes lapides pretiosos, & in substantiam potabilem possint converti & hoc est maximum Secretum in Medicinā. Est etiam hæc aqua reperta propter hoc, ut leprosi possint cum eā lavari, Curat enim omniæm paleationem. Et ideò dicunt aliqui quòd possit à leprosis bibi, quod Medicinæ Consultoribus relinquo. Ego etenim censeo, id horridum, & à naturā quantumcunq; corrupta alienissimum, causa receptæ venenosæ. Nam vi-

non est vera resolutio.

Non est verum.

Bene dicitur.

des

des apertè in eam ingredi Mercurium sublimatum, sal ammoniacum fixum, & aquâ fortem. Propter quod est maximè horrendum. Certissimè tene quòd in ipsâ conservatione naturæ oportet aliquid sit consonans radiculi naturæ humiditatis. Ideò Raymundus Lullius in suo test. affirmat omnia quæ prosunt corpori humano etiam & lapidi nostro, quod secus sit per aquas corrosivas. Et idem Lullius docet in Lib. de virtutibus mundi, habere aquas Philosophicas, quas vide ibi. Quum ergò volueris ut operetur hoc Aurum potabile, Recipe aquam fortem separatam à suis fecibus prædictis, in quo resolvatur aurum, & post distilletur per alembicum igne lento.

Et hoc fac toties, donec ipsa aqua separetur ab auro, & infundo remaneat sicut aliquod butyrum. Accipe postea pimpinellæ *libram semis* Camedreos gentiana *ana unc.* conterantur omnia optimè, & super infundatur de aqua vitæ bene rectificata. Ponantur in vitrum per diem & noctem, optimè claudendo ipsum vas. Postea distilletur per filtrum, quo facto, misceatur cum prædicto auro simili butyro, & statim convertetur in aurum, habens colorem optimum, sicut color croci. Habet etiam in se quandam dulcedinem, sicut mel vel zucarū, & hoc debet sumi in cibo vel potu quando volueris. Natura enim optimè per id sustentatur. Facit etiam bonam memoriam. Si verò leprosus ex eo lavetur, mirabiliter ei proderit, simili modo etiam paralyticis. Est enim spiritus ad recuperandum omnem calorem amissum. Et hoc modo omnes lapides preciosi

Non bene
separabitur, quia
spiritus cū
auro remanebūt.
Aurum
hoc potabile
venenosum est.

Ad memoriam.
Ad lepram.

ciosi possunt in formam potabilem redigi, sed non debes imponere Mercurium, sed saltem sulphur. Et ideò de quolibet lapide precioso poteris capere, & ipsum optimè pulverizare, & post hoc tantum de sulphure depurato immiscebis, & simul omnia optimè conterantur, & in pulverem subtilissimum redigantur. Postea ponan-



tur in tigillo super prunas, donec sulphur accendatur, & totum comburatur, & omnis foetor à tigillo recesserit. Deinde iterum super marmor & teratur subtilissimè, apponendo tantundem de sulphure deurato, sicut primâ vice, & iterum aduratur ut suprâ. Et hoc etiam fiat tertîâ vice ipsum pulverisando subtilissimè, & erit præparatum. Cape dehinc de lapidibus prædictis, ita purgatis & mundificatis *unc. sem.* & de qua fortis prædicta *unc. iij.* imponantur insimul in vitrū cum collo longo & stricto, bene ipsum claudendo, & statim lapides solventur. Quumq; fuerint soluti, aperiatur vitrum, ita quòd aqua fortis evaporaret, & totam substantiam & vim amitteret, & videbis lapides pretiosos in fundo sicut butyrum, de quo operabere priori modo, sicut fecisti de butyro aureo, & si addis de aquâ vitæ, & de speciebus prædictis, habes verum aurum potabile, quod habet multam operationem, in variis & gravissimis ægitudinibus.

CAPUT XXIV.

De Auro potabile absq; aqua forti.

POteris etiam facere Aurum potabile absq; aquâ forti, & hoc magis convenit Medicinæ, quàm illud de quo jam dictū est, dùm tuum aurum solveris per aquam vitæ ad habendam vim suam de lapide hoc, qui dicitur Philosophicus, qui fit ex Quinta Essentia per separationem quatuor Elementorum, sicut jam suprâ sæpius est auditum. Habet enim ipsa Quinta Essentia tantam virtutem, ut quicquid in eam immisc-

*Vnde fiat
lapis Phi-
losophi-
cus.*

feris, eius ad se efficaciam & vim attrahat. Dum enim carnem mortuam à corruptione conser-
vet, quantò magis carnem humanam adhuc
viventem, & in quâ est spiritus vitæ? Digerit
quoq; omne indigestibile, & omne digestum
per naturam suam educit. Et ideò omnes ma-
los humores & complexionones naturæ humanæ
contrarios à corpore expellit, quum non sit Ele-
mentum, sed subtilissima substantia ab elemen-
tis extracta. Et quoniam ipsa quatuor Elemen-
ta sunt corruptibilia, oportet ergò habere sub-
stantiam incorruptibilem, vel incorruptibili si-
millimam, & hoc est ipsum Quintum Esse, in
quo potest resolvi aurum, & omnis eius vis ex-
trahi. Aurum enim nullam corruptibilitatem
patitur ab ipsis quatuor qualitatibus, nisi artifi-
ciosè, non autem per naturam. Quis enim un-
quam vidit ipsum aurum in aqua putrefieri?
Quis ab igne comburi? Quis à terrâ eruginem
attrahere? Quis denique cognovit ipsum ab
aëre posse consumi? Sed hæc in omnibus aliis
substantiis sunt possibilia. Ideòq; cum aurum
ipsum Quintæ Essentiæ apponitur & admisce-
tur, potabile appellatur, Ideòq; magnæ scientiæ
est, invenire modum subtilem ad resolvendum
aurum, & in formam potabilem redigendum,
ne fortè, quum putares te fecisse Aquam vitæ,
aquam mortis faceres. Hoc ergò Aurum pota-
bile debet fieri cum aqua vitæ rectè & debitè, ut
debet, rectificata, abstractis quatuor Elemētis ab
ipso vino, in quo latent. Ne etiam facias san-
guinem humanum, materiam pessimè & foeti-
dè olentem, quia ibi vires suas perderet, & attra-
heret

*Aurum
non pati-
tur corru-
ptionem
ex natura
sed artifi-
ciosè.*

*Quomodo
fit aurum
potabile.*

heret omnem foetorem ex oleo sanguinis humani. Et si non fieret ex ipsâ terra, ex quâ Lapis Philosophorum componitur, non posses resolvere ipsum Solem. Quia autem putares facere aquam igneam, id planè foret absurdum & nocivū utenti, & ideò non curabis, si sit modicū de hâc terrâ, quia quantumvis modicum, maximam habet virtutem. Caveas etiam, ne terram alienam accipias, sicut faciunt aliqui, qui capiunt calcem, alii verò cineres salicis, alij tartarum adustum, alii denique cineres vitium, sicut jam suprà copiosè enarravimus. Et cum hâc terrâ alienâ æstimant se facturos Aquam vitæ, quum non sciant se præparare aquâ mortis. *Sicut Geber ait:* Esse terram & medicinam incomptabilem alterius mixtionis, ut jam sæpiùs diximus. Ista enim terra virtutem confert ipsi Aquæ vitæ, dum fuerit ita facta, ut suprà docuimus. Oportet ergò habere modum separandi quatuor Elementa, ut possis facere veram Aquam vitæ; vel potius Quintam Essentiam, in quâ potest resolvi Aurū duplici modo. Primò cum aqua vitæ, quæ virtutem suam ex Lapide Philosophorum attrahit. Secundò verò redigendo aurum in pulverem, sive calcinando, ut infrà docebitur. Quum ergò separaveris quatuor Elementa ex ipsâ aquâ vitæ, sive ex vino, de quo fit aqua vitæ, oportet te accipere vinum quàm optimum & magna quantitate, ponendo in multas Cucurbitas, ita ut possit bona quantitas in quamlibet cucurbitam ingredi. Et cum totum vinum fuerit distillatum, pones ipsum à parte, & phlegma quoque segregatim.

*In 2. Essentia res-
solvitur
aurū du-
plici mo-
do.*

*Modus se-
parandi
quatuor
Elemen-
ta.*

servabis. Et vinum distillatum ponatur semper super feces suas, & quum phlegma ab ipsâ terrâ tanquàm à fecibus suis fuerit extractum, remanet in fundo ipsa terra. Quum ergò ægueris terræ, quæ est materia combusta, ut suprà dictū est, optimè lavetur eū phlegmate, ut jam monstratum est, ut nil de substantia combustionem olente remaneat, & per hanc ipsa Aqua vitæ iustificatur. Est etiam alius modus subtilior: Quum ipsum vinum fuerit extractum à fecibus suis, recipiatur phlegma cum hoc quod in distillatorio remansit, à quo vinum distillatum separasti, & in caldari tam diu ad ignem temperatum coquatur, donec in spissitudinem mellis liquefacti deducatur. Postea ab igne removetur, & frigeat, usque in diem sequentem, & videbis lapillum quasi modo in fundo residentem, ita clarū, sicut si esset Sal nitrum. Deindè coletur aqua, & oleum supernatans, & ipsum phlegma super lapide vel terrâ prædicta fundatur, donec à fecibus suis clarificetur. Hoc facto, secundariè bulliatur, & infrigidetur ut suprà. Et hoc fac toties, donec terra ab ipso separetur. Deindè exiccabis ipsam in Furno reverberationis in vase mundo, quod in superiori parte sit apertum. Et in hâc Fornace reverberatoria tam diu calcinabis, donec in substantiâ albiſsimam nivi similem convertatur. Tamen ante omnia temperabis ignem, ne à nimio calore materia fundatur, quia si hoc fieret, magis Alchimix quàm Medicinæ conveniret. Et quum ipsa terra fuerit satis calcinata, ponatur in vitrum cum collo longo, super quam ponatur vinum suprà distilla-

*Alius mo-
dus sepa-
randi qua-
tuor Ele-
menta,*

distillatū, quod debet à suo phlegmate esse separatum, & putrefiat in Balneo Mariæ per duos aut tres dies. Postea per Alembicum distillentur, & videbis ipsam terram cum aquâ in alembicum ascendere, sicut clarum CrySTALLUM. Et in hac aquâ potest solvi purum Aurum, laminatum in tenuissimas laminas. Melius tamen foret, si essent folia auri, quia facilius resolverentur, & in substantiam potabilem converterentur. Fit etiam Aurū potabile, separando quodlibet quatuor Elementorum segregatim, & deinde extrahendo Quintam Essentiam, in quâ poteris solvere Solem, & in aurum potabile permutare, Præsupponitur tamen, quod Aurum sit in tenuissimas bracteas laminatum. Et ita quando spiritus, sicut anima à phlegmate suo tanquam à corpore abstractus est per Alembicum, ipsæ feces sive terra, quæ ultimâtim in distillatorio remanserunt accipiantur, & quater tantundem de suo phlegmate, & imponantur in Balneum Mariæ per dies novem, donec bene putrefiant. Postea distillentur per Alembicum, & exhibit Oleum citrinum, Et quando non poterit plus ascendere in Alembicum, scias tria adhuc in distillatorio remansisse Elementa. Videbis enim ipsam aquam sive phlegma exire clarum, æt autem in fundo remanet, sicut Oleum aurum. Postea separetur ignis à terrâ, accipiendo quatuor partes phlegmatis, & unam partem terræ, & digeratur in Balneo Mariæ cū igne violento, & videbis Oleum rubicundum, in quo est Elementum ignis & aquæ. Et ita habebis quatuor qualitates separatas, quas reduces

Alius modus faciendi aurum potabile.

duces tandem in Quintam Essentiam, ita quod terra calcinetur in Fornace vitrearia per tres hebdomadas, deindè superfundes phlegma, & digeres septies, & toties distillabis. Et ita habebis aquam Solis, in quâ poteris resolvere Solem subtilissimè laminatum. Et scias, quod quantò plus ultra septē vices de terrâ suâ, quam etiam diximus Lapidem Philosophorum, distillaveris, tantò nobilior, præstantior, virtuosior, & efficacior erit ad resolvendum. Et quum in hâc aquâ volueris resolvere Solem, habeas folia auri subtilissima, & ponantur in vitrum cum collo longo, & quum habueris unam partem de auro, superinfundas tres partes de ipsâ aquâ vitæ, quæ de terrâ prædicta per septem vices sit distillata, & ponatur in Balneum Mariæ, donec resolvetur. Et ita potest fieri Aurum potabile, ad sustentandam naturâ humanam, & omnes ægrotudines expellendas, & ad faciendum hominem reviviscere, cum à quodam Medico censeretur mort, & idèò omni tempore habeas tecum. Notandum est etiam, qualem habet virtutem ipse lapis, per quam operatio aquæ completur, quia spiritus ubi vult spirat. Et idèò quicumque hanc artem ignaris ostendit & manifestat, est maledictus. Qui verò doctis & sapientiæ amatoribus, hic lauro est coronandus, hic cedro digna locutus. Et multi hanc scientiam quæsi verunt, sed pauci eam invenerunt. Quum ergò habueris quatuor Elementa separata quodlibet singulorum reservabis. Nam quodlibet singularem habet operationem. Et oleū quod ab aquâ rubicunda separatum est, per Elementum

*Aqua
Solis.*

*Vitilicatos
Auri potabilem.*

Auri vit-
546

tum ipsius ignis, optimè conducit adolescentibus, & eos in vigore, robore, venustate, & pulchritudine corroborat, nec patitur aliquem sanguinem putrefieri, omnem etiam coleram educit, & phlegma omne expellit. Est quoque maximè generativum sanguinis & spermatis. Ideò quicumque voluerit eo uti, sæpiùs debet phlebotomifari, quia alioqui venas penetraret. Et si homo ante trigesimum annum eo utatur maximòpere crescit, ita quòd omnes mirentur. Valet etiam ad visum recuperandum, dum omni die unam guttam in oculum immittas, per sparium unius mensis. Conducit etiam maximòpere ad auditum perditum. Elementum autem ignis est ipsa aqua rubicunda, quæ de oleo antecedenti est distillata. Et hoc ad omnia suprà scripta valet. Et ex senibus facit apparere juvenes in colore. Debent autem eo uti cum modico aquæ vitæ senes, sed juvenes cum optimo vino. Tollit omnes ægritudines senectutis, & ideò appellatur Elixir vitæ. Et hoc est maximum secretum in Medicinâ, quod nunquam ab aliquo Medicorum tractatum fuit, sed benè ab ipsis Philosophis. Quia autem Medici de ea reticuerint, id ideò arbitror evenisse, quia habet quandam acuitatem, quam de terrâ sive de Lapide Philosophorum attraxit, & ideò non conducit utentibus, est tamen securius quàm id quod fit per aquam fortem.

*Efficacia
Ignis.*

*Elixir vi-
ta.*

CAPUT

CAPUT XXV.

*De auro potabili absque terra vel
aqua forti.*

Modus autem faciendi Aurum potabile absq; hac acuitate Lapidis vel Aquæ fortis talis est: Accipe mel, & guttas guttatim super marmot funde, addendo & superimponendo ipsa folia auri, sæpiùs terendo, sicut si cum auro velis scribere, ita ut nil penitus de auro appareat. Et cum triveris ita *uncias ij. vel iij.* de Auro, sine ita stare per horas xxiiij. Poteris etiã addere de Sale communi præparato, sed non est necessarium, nisi ut citiùs materia teratur. Quùmque materia ita resederit, per dictum spatium, ponatur in vas argenteum, vel in cyphum latũ, super in fundendo de aquã tepida, à melle, vel de aquã fontis distillata, & mel ab ipso auro separabitur. Si autem imposueris Sal, hoc modo quoque separabitur. Deindè colabis ipsum Sal, super infundendo aliam aquam distillatam, desuper, & resideat, ut suprà, & solvetur pari modo, ut dictum est, Et cum Sal immiscueris, sæpiùs ita facies ac si nullum immiscuisses, donec totum separetur & resolvatur. Deindè iterum superinfundas aquam forma prædicta, & imponas in Cucurbitam, distillando in Balneo Mariæ, ita ut solum Aurum in distillatorio remaneat, & quòd Sal & Mel ab ipso separetur. Si verò non admiscueris Sal, cò longiùs super marmor terendum est. Quando verò totum Mel ab Auro fuerit distillatum, superimponatur, &
iterum

iterum distilletur, & hoc facies duabus aut tribus vicibus. - Ultimò autem, quando perfectè cognoveris, totum Mel ab Auro esse separatum, superimponatur de optimo aceto distillato, ut suprà docuimus, & sit de meliori vino, quod poteris habere, aut quod de vino cotto sit distillatum, & distilletur quatuor vicibus. Quum verò ultimò ipsum acetum distillaveris, ab ipso distillentur tres partes, & quarta pars remaneat in fundo distillatorii. Quia (ut suprà dictum est) distillatio aceti & vini, contraria sibi invicem sunt, In vino enim melior materia primò, in aceto verò ultimò distillatur. Hanc igitur quartam partem, quæ in fundo remansit, debes fundere super ipsum aurum, & ita quiesce t per tres dies, postea distilletur simul. Deindè totidem de aceto distillato super impones, sicut in primis, sed oportet quòd sit positum in fimo equino, vel in Balneo Mariæ. In hoc ergò aceto aurum subtilissimè solvitur, deindè per distillationem iterum ab auro separatur in Balneum Mariæ. Postea super infundatur phlegma de aceto distillato, & iterum ab eo distilletur in Balneo Mariæ, & demum phlegma superinfunde de phlegmate, & distilla iterum pari modo. Et hoc fac toties, donec ad numerum septenarium perveneris. Postea cum fuerit septies distillatum, imponatur de Aquâ vitæ, & iterum per distillationem separatur. Ultimatim verò superinfundes aliam Aquam vitæ, quæ nullum in se habeat phlegma, & ab eo pari modo sequestretur, & hoc fiat duobus modis. Et hæc formâ distillabis subtilissimè ab ipso auro mel, acetum, & phe-

*Distillatio
vini & a-
ceti ad in-
vicem si-
bi sunt cō-
traria.*

& phlegma, vnà cum aquâ vitæ, & est optimè digestum & præparatū, ad solvendum in digestivo vel circulatorio in ipsâ aquâ vitæ, quæ est Quinta Essentia. Quum autem volueris facere aurum potabile: Accipiaturs de prædicto auro resolutò, & suprâ scripta Aqua vitæ super infundatur, cuius duodecim partes à Lapidis Philosophici unâ portione sint distillatæ. Et ponatur ad circulandum in Balneo Mariæ, per dies quadraginta, vel diutiùs. Et ita resolvetur Aurum in Aquam citrinam. Sed cùm omnia ad æquum sint iudicanda, habet in se quandam mordacitatem vel acuitatem ex ipso aceto distillato & Quinrâ Essentiâ, quæ est distillata per ipsum & de ipso Lapide Philosophorum. Et per hunc quasi per aquam fortem potest solvi Aurum, non tamen est ita nocivū, sicut fieri per aquam fortē, licet quidam sint eius opinionis, ut censeant hominibus sanis non esse valdè utile. Aliquando enim videmus aliqua utilia esse ægrotis, quæ sanis possunt incommodare, & hoc fit propter violentiam & infectionem naturæ infirmi. Sed quum ipsum Aurum potabile debeat bibi à sanis, ut in sanitate pristinâ conserventur, nostri recentiores Philosophi acceperunt prædictum Aurum ita pulverisatum, ut jam auditum est, quod præparatum sit absque Quintâ Essentiâ aceti distillati, super infundendo veram & rectificatam Aquam vitæ, ab omni phlegmate suo separatam absque prædicto lapide per tres aut quatuor vices, iterum semper ab eo distillando, ita quòd semper in fine distillationis quoddam humidum de Auro remansit.

Vltimò

Ultimò verò hoc ipsum humidum acceperunt in una parte, & de Quintâ Essentiâ partes duodecim, & posuerunt in Cucurbitam, superimponendo Alembicum cœcum, & circulando ad minus per dies quadraginta in Balneo Mariæ, & habebis quoq; verum & justificatum Aurum potabile, ad præservandum sanos ab infirmitate, & ad liberandum ægiotos à morbo. Posset tamen ex tali potu aliquod incommodum oriri ex ratione, quam in suprâ scripto Capitulo nono allegavimus, quia in longinquo tempore stomachus humanus posset ex hoc deaurari, per quam deurationem posset perdere suam consuetam digestionem, ex quo quantum stomacho incommodi posset oriri, quisque etiam minime Medicinæ gnarus faciliè dijudicare potest. Quâ ex ratione moti, potiùs commodare quàm nocere hominibus voluimus. Et licet à plerisq; huius scientiæ peritioribus possim insectari, quòd tantâ scientiam omnibus in vulgus propalarim. Hoc eo factum esse eisdem respondemus, ut omnibus æquè prodesse velimus, *quum deat Salomon*: Absconditam sapientiam & absconditum thesaurum nihil prodesse. Ideoque verissimam viam faciendi aurum potabile pro ingenio capacitate docebimus, quamquam Mediusfidius non sit benè decens, tantum thesaurum referare, tamen id magis pro doctis & bonarum artium amatoribus, quàm pro ignaris edictum est. Ideoque velim omnes precari, ad quos hoc opusculum nostrum pervenerit, ut si quid secretioris (quod indoctis propalare nec fas nec æquum est) dixerim, quàm forsitan dicen-

dicendum foret, æquo animo consultant. Nam cum diu noctūq; hoc Ciceronianum mihi observaretur, Non enim nobis solum natos esse, sed & partem de nobis sibi Patriam vindicare, & partem amicos. *Quisq; sapientissimus Salomon dicat:* Abscondita sapientia &c. Statim igitur hunc librum, ut & patriæ & parentibus meis honori & utilitati foret, in lucem edere volumus. Licet enim pro indoctis æquè ac pro doctis ediderimus, non tamen abs re id factum esse quilibet invidus sciat, quum summus omnium creaturarum genitor atque pater æquo lumine solari, & probos & improbos visitet. Maledictus enim est qui propriam utilitatem Reipublicæ commodo præponit. Et quamquam ab imperitis possit floccipendi, scio tamen nonnullos doctiorum meam parvam operam usque in cælum elaturos, Ideoque verissimum aurum potabile te docebo, cui meæ opinionioni nullus nostratiū Philosophorum refragari potest, dum rationes naturales hinc infra positas perspexerit: Scio enim alium inter Alchimy-
 stas, & alium inter Medicos esse sermonem. Sed quum certum pro incerto, proficuum pro nocivo sit eligendum, ideoque ipsis adhærebo Medicis, quum Marcellius Vicinus dicat: Nullum unquam antiquorum Philosophorum sequutum fuisse viam hanc faciendi aurum potabile, quàm Nostrates Philosophi nunc sectantur. Quis enim dubitet de Sole? quem in aqua forti resolvunt? quis dubitat de Mercurio? cum quo amalgamifant (ut eorum utar vocabulis) quin non fiat nociva? Nemo hercule, nisi talpa foret cæcior.

*Alius sermo Alchimy-
 starum
 & alius
 Medicorum.*

cacior. Licet non inficiet, ea posse ingredi in aurum potabile pro ægrotis, sicut sunt leprosi, venenum enim venæo pellendum est: Sed Mediusfidius non consulèrim eisdem uti, quum maximè (ut quilibet etiam mediocriter doctus conjecturari potest) sint corrosiva. Simile est de hoc quod per acetum distillatū, vel quod per lapidem resolvitur. Nō tamen est adeò nocivum, sicut hoc quod per aquam fortem dissolvitur, tamē habet quiddam vehementis acuitatis quā ipsa Q. Essentia à lapide suscepit. Si verò hæc ratio minus sufficiens videretur quibusdam, ulterius potest probari per dictū *Galens, qui dicit*: Naturalem substantiam alicuius vehementioris motus esse incomptabilem, cui & Aristoteles adstipulatur. Quod ita est intelligendū, hoc aurum potabile, de quo suprà fecimus mentionem, non posse fieri nisi per superfluum naturam igneam ipsius, Q. Essentiæ, quæ quidem natura ignea, quum ultrā suum debitum terminum sit sublimata, solvit Solem citissimè. Idcō meā opinione, talis superflua igneitas magis incommodat humanæ naturæ, quàm prodest. Et hinc non abs ratione inveniendus est alius modus subtilior, per quem Aurum in substantiam potabilem possimus redigere. Deindè si forsitan necessarium foret, suprà scriptum Aurum potabile possit adjungi huic, si aliqua infirmitas hoc exigeret, in quantum sit necessarium ægroto, tamen semper adjungendum de auro potabili ex Cordialibus sic Lapidibus, aut Margaritis, & cæteris eiusdem generis, licet non dicatur Aurum potabile, quum nullum aurum

rum

rum in eius compositionem ingrediatur, possit tamen ita nuncupari, ob excellentissimam eius virtutem, & celerrimam operationem. Interdum tamen hoc solo uti licet. Aliquando verò mixto cum alio quum volueris celerrimè operari ad penetrandum, quia aliud non habet talem virtutem. Interdum etiam ipsum cordiale in usu habere possumus, admiscendo de alio, sicut ægrotantis infirmitas postulabit. Et hæc est forma utendi auro potabili. Antequam autem ad ipsius compositionem perveniam, probabo an sit possibile, vel non. Primum ergo, & ante omnia Philosophi probant & collaudant ipsum aurū, eā ex causā, quod inter omnia Metalla est naturæ temperatæ, assimilaturque Soli propter eximium suum nitorem & colorem. Appropriatur etiam Iovi, propter temperiem. Ideoq; calorem naturalem cum frigiditate mirabiliter potest temperare & moderari, & humores ipsos conservare ab interitu & corruptione, ideoque virtutem Solis & Iovis illi attribuimus, quorum est officium, attribuere spiritum vitalem membris interioribus. Hinc Philosophi ipsi probant, nullam rem esse aptiorem ad vitam humanam aliquantulum à corruptione conservandam, quàm substantiam subtilissimam & durissimā quasi incorruptibilem, quæ ad interiora penetrat membra. Hinc ipsum aurum subtilissimè laminatum, & cum speciebus cordialibus admixtum, in pulverem est redigendum. Propterea dicit Iohannes de Rupescissa nos oportet habere considerationem ad operandū possibilis, & impossibilia subterfugere.

Vide-

Videmus enim plura mirabilia de calybe, plumbo, ferro, stanno, & argento, quin exstimemus maiorem esse efficaciam in preciosiori, sicut est ipsum Aurum. Videmus etenim (teste Avicenna) aquam ipsam, in aquâ candens extinguitur calybs, fluxum ventris restringere, & intestina congregata quasi simul connectere, Quod & in ipso ferro videre licet. Quotò ergo magis hoc credendum est de ipso auro, in quo nullū est corruptibile de quatuor Elementis, sicut in ferro, calybe, & cæteris. Si enim ipse calybs virtutem habet constringendi, & quasi colligendi ipsa viscera & intestina simul, nonne videtur hoc in auro possibilis, quum sit purius, defecatus, incorruptibiliusq; ipso calybe? Secundò etiam potest probari ex ratione evidēti & experientiâ, quum ipsum plumbum sæpius funditur in aquam, in qua lamina auri, vel calybis, vel ferri, sit extincta, videmus ipsum indurescere. Et hinc possumus aperto cognoscere, ipsam aquam abstraxisse vim à materiâ, quæ in ipsâ sit extincta. Econtrario etiam per quotidianum usum experimur, quod si fundatur plumbum in aliquam aquam, & deinde in eadem extinguitur ferrum, vel calybs, vel aurum manifestissimum est, ipsum mollescere ex aquâ quæ à plumbo vim extrahit, quam molliciem non habeat ex ipsâ naturâ. Itaq; sicut hoc de ferro & plumbo ex usu quotidiano compertum est, sic etiam illud de auro. Et hic est verus modus apud Philosophos naturales de auro potabili, sicut Marsilius Ficinus dicit. Non tamen quòd corporea eius substantia bibatur, sed ipsa

Contra fluxum ventris.

Plumbi induratio.

Ferri vel Calybis mollificatio.

F

virtus

virtus efficaciaq; ex ipso per modum subtilissimum extracta. Quoniam omnino falsum est credere, ipsam materiam auri ingredi humani corporis compositionem, sicut pulcherrimè probat præallegatus Marsilius: Vel etiam quòd corpori humano assimiletur, vel quod in substantiam potabilem convertatur. Oportet enim ipsam primò in sanguinem transmutari, post hoc in carnem, quod est impossibile propter suam duritiam. Cum Marsilio Ficino concedimus Aurum existens in substantiâ metallicâ, etiam si Aqua vitæ quàm maximè subtilietur, nullam tamen penitus affinitatem aut convenientiam adipisci propinquam carni humanæ, nisi corrupta prius forma dura, & redacta ad ipsius primam materiam sufficienter purificatam & digestam: & sic acquirit hanc affinitatem & convenientiam cum corpore humano, quàm etiam cæteri sibi & Medicinæ præservativæ possident, quastamen hæc longè præcellit in virtute. Et ideo sciendum est, in quàmpluribus rebus auri virtus humanum corpus confortat & sustentat, quæ quidem substantia materialis non ingreditur compositionem. Nam sicut ipse magnes per suum nitorem per quem aurum ingreditur, id ad se attrahit, sic etiam ipsum aurum per suum eximium candorem, virtutem infundit aquæ, in quâ extinguitur, per quam humanum corpus mirabiliter confortatur. Ideoque qui aurum ita convertunt in substantiam potabilem, per aquam fortem, vel (sicut suprâ diximus) per acutum distillatum, magis virtutem suam cor-
rum-

rumpunt (quum eam ex ipso extrahere æstiment) quàm nobilitant

CAPUT XXVI.

De Auro potabili cum speciebus aromaticis.

SI autem feceris Aurum potabile cum speciebus simplicibus, quarum aliqua educunt superfluum humiditatem, aliqua verò confortant membra nobiliora. Ideoq; tali auro potabili utendum est cum justo & vero regimine & dieta, vigilandi, dormiendi, edendi, bibendi, replendi, evacuandi. Et hoc fit ita: Recipe optimi vini quod habere poteris *libras triginta & duas*, & ponatur in caldare Balnei Mariæ, & tandem distilletur, ut ad unum cantharum redigatur. Deinde accipe aliud vinum, & pari modo distillabis. Et hoc fac toties, donec habeas triginta duas libras vini distillati. Postea accipies omne vinum distillatum, & ponatur iterum in caldare, & distilletur toties, usque ad consumptionem medietatis. Deinde ponatur in Cucurbitam & distilletur tam diu, quoad omnis substantia aquea recesserit. Postea distilletur in Balneo Mariæ quater, & addantur post distillationem hæ species. Ligni aloes crudi, cardamomi, cubebarum recentium *ana drach.* 1. Cinnamomi, nucis muscatæ, macis, zinzibaris albi, macropiperis, granorum paradisi, sandali utriusque *ana drachm. 4.* Hæc omnia subtilissimè pulverisentur, & in vitrum imponentur, super infundendo vinum distillatum, optimeq;

F 2

vitrum

vitrum claudendo ponatur in Balneo Mariæ per dies octo, super imponendo alembicum, & distilletur igne lento. Deinde ponatur in Cucurbitam cum collo longo, Postea addantur auri puri foliati *ana drach. 2.* garyophyllatæ, ambræ bonæ *ana drach. 1.* Hæc identidem pulverisentur, & quum in Cucurbitam posita fuerint, claudatur & ponatur in caldare, in Balneo Mariæ per dies 42. in continuo calore. Postea exalretur ignis, & ad quartum gradum per spacium unius horæ, & exibat aqua in colore auri. Et hæc aqua reservetur separatim, quia est ipsum aurum potabile. Deinde accipe *libras quatuor* de ipsa Quinta Essentia, & addantur auri puri, margaritarum, ambræ bonæ, musci, amomi, anisi, cardamomi maioris, zinziberis, cinnamomi, zedoariæ, macis. nucis muscatæ, garyophyllorum, croci orientalis, cubebarum ligni aloes, turbi mundi albi, electi & benè gummosi, agarici albi, quinq; myrobalanorum, foliorum senæ *ana drachm. 1.* raved. seni *unc. 2.* *℞ semis*, aloes, succi citrini *unc. 3.* Hæc omnia simul contrita, ponantur in Balneum Mariæ per unum mensem integrum. Et quando volueris conservare aliquem in sanitate, dabis ei in potu de primâ aquâ distillata *drach. 1.* Si verò homini malè sano & ægroto, ad liberandum de infirmitate dabis ei de aqua prima *Scrúp. 1.* & de aqua secunda *Scrúp. 2.* Si verò ægritudo esset valdè intensa, poteris ei dare de prima aqua *Scrúp. 2.* & de aqua secunda *drach. 1. Scrúp. 1.* Et in hoc Recepto est secretum secretorum, ad naturam humanam sustentandam, usq; ad terminum

minum nobis à Deo præscriptum. *Et ideò dicit Avicenna:* Recipe delacia nigra, contundatur in mortatio lapideo, & succus quem expresseris, distilletur in Balneo Mariæ per alembicum. Pari modo fiat de buglossa. Postea de qualibet aqua cape *unciam semis*, addantur auri puri optimi foliati *gran. 3.* bibatur sobriè tribus diebus continuis, corpore tamen priùs purgato. Valet etiam aurum prædictum contra lepram, dum bibitur omni die *Scrúp. 1.* primi, *Ad lepram.* & secundi *Scrúp. 2.* cum aquæ caponis veteris distillatæ *unc semis.* *Lullius* Verò dicit, id debere bibi cum tali juleb. Recipe Syr. agrestæ. Syr. acetosi simplicis *ana unc. semis*, aquæ buglossæ *unc. 1.* aquæ cicoreæ *unc. 2.* fiat juleb, & detur leproso cum auro prædicto. *Iohannes* Verò de Rupefissa ait: quod si hoc Aurum potabile sumatur cum aquæ Chelidonix *unc. 2.* quod maximè confert ad omnes ægri tudines, principaliter ad febres hecticas & hydropicas. Et nota, quod si adolescens utatur hoc auro, ad minus duabus vicibus in anno debet phlebotomifari. Senex verò potest omni die sumere guttam unam cum guttis quinque Quintæ Essentiæ, stomacho adhuc jejuno, & per horam integram post sumptionem jejundet, quia mirabiliter caniciem expellit. Confertat etiam cor, & cerebrum, & omnia alia membra principalia.

CAPUT XXVII.

De Auro potabile ex Floribus cordalibus.

DEstinaveramus, nil ultra de Auro potabili scribere, Sed verus amor, quem erga omnes studiosos habemus, quos scimus esse avidos, meliora & utiliora legendi quàm hactenus scripta sint. Ideoq; ne longis verborum anfractibus, eorum aures tenerrimas obtundamus, ipsum verum aurum potabile edocebimus, quod quidem nullus unquam Philosophorum, quantumvis peritus, improbare potest, dicendo quòd ullo modo sit contrarium naturæ humanæ, quia potest dari homini insuper extensâ & maximâ ægritudine. Et maximè approbatur ab Arnolde de Villâ novâ, & à dicto Marsilio Ficino. Et licet non magis egeat expensis, non tamen ideò floccipendendum est. *Et hoc fit ita:* Recipe Buglossam cum floribus, radice, herbâ, & omni substantiâ in die claro, dum tamen præcedenti nocte nulla fuerit pluvia, Luna ipsa crescente, in bono aspectu Iovis & Veneris, conterantur cum omni substantiâ, & digeratur in fimo equino per dies octo. Postea distilletur per tres aut quatuor vices, semper distillatam materiam super feces suas fundendo. Postea digeratur iterum in Balneo Mariæ per dies quatuor vel quinque. Pari modo capias quoq; boraginem cum omni substantiâ tempore luationibus, sicut de buglossa est dictum, semper feces ipsas pulverisando post distillationem, & materiam distillatam super ipsas fundendo, Et iten-

itentidem fiat de Chelidonia & Melissa. Et quum ab omnibus habueris aquam. distillatā, formā & modo prædictis, misceantur simul per partes æquales, & ponantur in vitrum cum collo longo, ipsum sistendo ad Solem. Et hæ aquæ optimè reserventur, donec volueris eisdem uti. Quum volueris ergo facere Aurum potabile: Recipe de aquis prædictis in simul mixtis *libram unam*, ponatur in vas terreum, ab intus vitreatum, & recipe laminam auri puri, non sophisticati in pondere *unc. 16.* vel plùs, aut sicut habere poteris, Sed quantò plùs, tantò meliùs. Et prædicta lamina calefiat ad ignē, donec candeſcat, postea extingatur in aquis prædictis toties, donec quarta ipsarum pars sit consumpta: Et ita sentit Marsilius Ficinus. Postea optimè coletur per pannum linteum mundissimum, & imponatur in vitrum optimè clausum.

Dehinc accipe margaritarum pulverisatarum *drach. 4.* super quibus fundantur aquæ vitæ ex vino rubeo quater distillatæ *unc. 6.* ponantur in vitrum benè clausum, & ponatur in Balneo Mariæ per horas 24. & quum fuerit distillatum, segregatim quoq; custodies. Et quando-cunq; volueris infirmo opitulari, qui à Medicis sit morti adjudicatus, Accipies de aqua, in quā lamina auri fuerit extincta *unc. semis*, & de aqua vitæ cum margaritis *drach. 1.* & simul misceantur, dando omni vice ægrotanti, & sex horis elapsis totidem, totidemq; duodecim horis elapsis. Si autem nimium calefaceret ægrotantem, dabitur ei cum Syrupi violati *drachm. 1.* Possit etiam capi de Quinta Essentia ex rubeo

vino tali, ut suprà docuimus, usque ad *unc. 1. semis*, in qua debet imponi auri puri foliati, non triti vel pulverisati *drachm. 1.* & Quinta Essentia virtutem & colorem auri ad se trahet. Et hæc folia auri ita remaneant cum Quinta Essentia. Et quando infirmo de aquis prædictis dederis, de hac Essentiâ impones tres vel quatuor guttas. Vult etiam Marsilius, quòd licet lamina auri in aquis prædictis sit multoties extincta, nihilominus tamen debere poni in ipsius auri folia. Ideò loco istorum foliorum auri, accipies Quintam Essentiam quæ jam vim ab auro suscepit. Et ita habes verissimum aurum potabile, quod est melius & preciosius, quàm si expenderes mille ducatos in exquirendo utilius & magis sumptuosum. Habet autem virtutem cõfortandi cor, & omnes humores supervacuos consumit, optimũ sanguinem generat & omne malum expellit, juventutem conservat mirabiliter, urinam provocat, morbum caducum curat, & maniacos, leprosos etiam nutrit. Sed cave, ne aurum Alchymistarum immisceas, quia magis noceret quam prodesset, *ut ait Arnoldus*: propter venenosas substantias, quæ in eius compositionem ingrediuntur.

*Veri auri
potabilis
est. 1770-
a. 148.*

CAPUT XXVIII.

De Auro potabili ex Quinta Essentia per Lapidem.

SI feceris Aurum potabile alio modo: Recipe de Quintâ Essentiâ distillata per prædictum Lapidem Philosophorum, in quâ imponentur folia.

folia auri, & ita solvantur in dicta Quintâ Essentiâ, ita quod ex auro fiat quoddam liquidum potabile. Et hæc est mirabilis operationis ad vitam sustentandam, & omnes morbos expellendos, & ad hominem semimortuum refocilandum, & ad pristinam sanitatem reducendum, & eo perfectior erit, si imposueris duas partes de Quintâ Essentiâ mellis, ita extracta ut suprâ docuimus. Ponantur in vitrum circulatorium, ita quod de aquâ vitæ prædicta sit *libra una*, & de Quinta Essentia mellis *unc. 10.* foliorum auri *drachm 4.* ipsum circulatorium optimè claudendo in parte superiori, & lutetur cum cera tali, ut suprâ docuimus. Deinde ponatur in Balneum Mariæ per quatuor aut quinque menses, quia quantò plus circulatur, tantò melior efficitur substantia, & tantò etiam plus ipsum aurum solvitur, & cum materiâ aliâ incorporatur. Si verò non possis habere folia auri, accipies tres aut quatuor ducatos, & malleabis subtilissimè, sicut fit ab aurifabris quando volunt deaurare, sed tamen nihil est melius quàm folia auri, si possunt haberi de bono auro ducatorum. Si vero non, & quod etiam nolle aurum ita malleare, hoc modo poteris ipsum in pulverem redigere: Recipe de auro meliori quid habere poteris, vel accipe aurum florenorum, affinetur & cæmentetur ita, Recipe Auri partem unam, Antimonii partes duas, parum de Tarraro, fundatur in simul in tigillo, donec tota materia sit liquida. Postea fundatur in fusorium tale, Et semper agitetur, deinde sinas modicum infrigescere, & invenies ipsum aurum

*Modus
aurum
affinandi
per Camē-
tum An-
timony.*

rum in acie
fusorii, & su-
per hoc est i-
psum Anti-
monium se-
paratum. Et
hic est opti-
mus modus
affinandi au-
rum. Et cum
fuerint om-
nia infrigida-
ta, rumpatur
in acie aurū
ipsum ab aliā
materiā, & si
non fuerit sa-
tis affinatum
iterum cum
Antimonio



*Alius mo-
dus affi-
nandi So-
lem.*

fundatur, & fiat sicut primā vice. *Poteris etiam
affinare Solem per tale camentum.* Recipe Vi-
trioli Romani, vel loco eius cape salis nitri rubi-
ficati, salis ammoniaci, viridis æris, boli armeni,
pulveris laterum coctilium benè adustorum
ana unc. 1. Omnia hæc optimè pulverisentur,
& fiat pasta cum urinā humanā, & fiat stratum
super stratum in quodam tigillo, ita ut in fundo
eius sit stratum de dictā pastā, & aliud stratum
desuper de florenis, & iterum stratum de pastā,
& aliud de florenis, semper ita procedendo, do-
nec totum aurum imposueris, & in supremita-
te tigilli fiat stratum de pastā suprā quod fiat
aliud

aliud de calce vivâ, Et scito quòd nullus florenus debet attingere alium. Et quum omnia fuerint ita imposita, fiat super tigillum cooperculum, quod in medio habeat foramen cum acufactum, & optimè claudatur tigillum undiq; cù luto factò ex crinibus. Quo factò, fiat ignis de carbonibus in longitudine palmæ unius, remotus undiq; à tigillo, per horam integram. Qua elapsa, fiat ignis parum propinquior per aliam horam, qua quidem effluxa iterum parum appropinquetur per aliam horam, ut ipsum tigillum attingat. Ultimò verò fiat alius ignis super tigillum, undiq; ipsum attingēs, & duret quoq; per horam integram. Hora verò ultima præterlapsa, sinas frigescere tigillum, & ipsum frangendo, invenes aurum depuratum usq; ad extremū punctum ubi nihil remansit quàm materia purissima. Et ita poteris affinare aurum usq; ad viginti quatuor gradus. Potest etiam cæmentari per cæmentum regale viginti quatuor horis, recipiendo salis communis preparati partes duas, & pulveris laterum coctilium partem unam, fiat pasta, & incorporetur cum urinâ humanâ. Vel si velis, poteris etiam affinare Solem per tale cæmentum: Recipe salis communis benè præparati *unc. 1.* pulveris laterum coctilium *unc. semis*, vitrioli rubei, *unc. 1.* Mercurii sublimati, *drach. 6.* pulverisentur omnia subtilissimè, fiat pasta cum urinâ humanâ. Postcà fac stratum super stratum, sicut in primo cæmento est enarratum. Deinde fundatur Aurum, & super infundatur salis ammoniaci *drach. 1.* Mercurii sublimati *drach. semis*, ponantur paulatim in tigillū, ubi est aurum fufum.

*Alius
modus af-
suandi
Solem per
cæmentū
regale.*


*Aliud ca-
mentum.*

*Separatio
Solis vel
Lunæ ab
Antimo-
nio.*

*Modus
Solis pul-
verisandi.*

fusum. Est etiam aliud cæmentū, quod fit hoc modo: Recipe salis ammoniaci *unc. i.* viridis æris *unc. i.* vitreoli benè calcinati *drach. 6.* fiat pulvis siccus, cum quo fiat stratum super stratum, & hoc ultimo modo, quando affinas aurum, de quo no. partibus unius floreni, non remanebunt nisi tres partes. Si autem cupis Solem vel Lunam ab Antimonio separare & affinare, addatur parum de tartaro, & ipsum Antimonium non poterit attingere Solem vel Lunam. Luna autem tunc debet admisceri cum Venere. Est autem modus faciendi pulverem ex ipso Sole talis: Recipiantur ducati vel floreni præparati suprædictis modis & ponantur ad ignem, donec candescant, deinde malleentur quantum poteris subtilissimè, sicut fit ad deaurandum, postea scindantur frustulatim in minimas bracteas, & pro unâ parte auri, addes Mercurii partes sex, imponantur ita simul ad ignem, & calefiant, pari modo sicut fecisti de Mercurio, deinde fundatur super Mercurium fumescentem, & cum bacillo tam diu agitetur, donec totum fuerit fusum, deinde iterum concutiat, donec frigeat. Post hoc ponatur simul in corium album, sicut fit apud aurifabros, & optimè ligetur, & exprimatur, ut totus Mercurius egrediatur ex ipso corio. Reliquum verò ponatur in tigillo ad ignem, donec Mercurius fumet, deinde ponatur super marmor, & sæpius teratur, iterumque in tigillum mittatur, donec fumus ex Mercurio egrediatur, deinde iterum teratur; Et hoc fiat ita sæpius terendo & calefaciendo, donec omnis fumus in Mercurio cesset, & aurum in pulve-

pulverem subtilissimam sic redactum. Deinde ponatur in Furnū calcinationis, faciendo flammam ignis cum ligno sicco & non carbonibus.




*Furnus
calcina-
tionis.*

Et hic ignis duret quatuor & quinque horis, & ita calcinetur, donec videris Solem à Mercurio depuratum & mundificatum, & tunc habebis Aurum tuum optimè præparatum, Lavetur deinde Aurum duabus aut tribus vicibus cum aqua vitæ, & benè simul misceatur cum culmo pennæ integro, deinde colabis aquam vitæ, superinfundendo recentem, & hoc fiat tribus aut quatuor vicibus. Deinde exiccabis ipsum Solem super parvum ignem prunarum. Postea

F 7 . impo-


*Alius mo-
dus pul-
versandi
Solem.*

imponatur in circulatorium suprà positum cum ipsâ Quintâ Essentiâ vini. Alius est modus pulverisandi Solem, Fac fieri instrumentum de cupro vel ferro in formâ Cucurbitæ hoc modo. Et habeat collum strictum, in orificio crucem ex filo ferreo factam, in amplitudine unius formæ ducati vel floreni, ita quòd non possit cadere intrò. Et oportet quòd ducatus vel florenus attingat orificium cucurbitæ ab omni parte.



Hoc ergò instrumentum calefiat, & in fundo ipsius fiat stratum de plumbo liquido, in spissitudine unius digiti, super quod fiat aliud de tartaro. Et ita semper facies, donec Cucurbita sit plena. Postea super imponatur ducatus vel florenus, & ponatur super crucem, locando in Furnum talem. Ita quòd plumbum sit semper liquidum. Et quando aurum fuerit aliquantisper in uno latere, super aliud vertatur, & hoc modo fiet obediens ad faciendum pulverem Solarem. Postea calcinetur in Furno reverberationis, ut jam dictum est, Et hoc modo poteris facere de 4. aut 5. florenis, aliisque Monetis argenteis.

CAP.



CAPUT XIX.

De Auropotabili cum Melle.

Recipe salis gemmæ benè præparati, mellis optimi à favo absq; igne extracti, ut suprà diximus,

diximus, aquæ vitæ rectificatæ *ana partes æquales*, distillentur omnia simul per tres dies. Postea accipe de hac materiâ distillatâ *librâ Gram.*, foliorum auri finissimi quantum volueris, & pone in cucurbitâ, ipsam ponendo super cineres. Postea addereubarbari electi, ligni aloes benè triti, reupontici, ossis de corde cervi, musci Alexandrini recentis, ambræ bonæ, *ana drach. j.* omnia simul misceantur, & octo diebus elapsis distilla per filtrum, & habebis optimum Aurum potabile, ad multas ægitudines conducens & corpus humanum mirabiliter restaurans.

CAPUT XXX.

*De Auropotabili ex solo Auro &
Aqua Vita.*

Accipe auri finissimi *drach. iiij.* malleetur subtilissimè, & scindatur in bracteas minutissimas. Postea accipe Mercurij abluti *unc. j. semis*, fiat amalgama, postea ponatur super marmor, addendo totidem de sulphure vivo, & benè insimul terantur, deindè ponantur in tigillo super carbones, & sinas ibidem, donec totum sulphur fuerit combustum, postea ponatur in Cinericium. Et iterum deindè pone in tigillo ad ignem, donec ipsum tigillum rubescat. Post hoc amove tigillum, & invenies Solem in pulverem subtilissimum, coloris crocei calcinatum. Postea ponatur in Furnum reverberationis, & Aurum tuum erit optimè præparatum. Lavetur deindè cum Aqua vitæ simplici, & exiccetur. Et de hoc pulvere capias quantum volueris, super

super fundatur de Aquâ vitæ rectificata totidem, ut ultrâ Aurum emineat tribus vel quatuor digitis : Mittatur deindè in Circulatorium, & ponatur iu Balneo Mariæ cum suis lapillis in medietate ponderis auri, & circuletur ut decet, & ipsum Aurum liquefcet, & resolvetur in aquâ coloris citrini vel crocei, ut etiam tingat capillos humanos. Et ita habes etiam verum Aurum potabile.

CAPUT XXXI.

*De Auro potabili cuiusdam Episcopi
Trevirensis.*

Quidam insignis Episcopus Trevirensis faciebat Aurum potabile hoc modo. Quando distillaveris ipsam Aquam vitæ, & in fundo distillatorij ipsum phlegma sicut materia tenax resederit, accipe Aquam vitæ duabus vicibus in Balneo Mariæ distillatum, fundendo super hanc materiam nigram, dum fuerit infligitata, & ita per diem & noctem remaneat. Postea ab hac materiâ Aqua vitæ iterum abstrahatur per distillationem lento igne, donec ad materiam ipsam perveneris, & fiat tepida, si volueris vitrum reservare integrum. Deindè fundatur aqua fontis super ipsam materiam nigram in altitudine sex digitorum, & ita per tres aut quatuor dies quiescat. Post hoc lavabis ipsam cum aliâ aquâ fontis, & invenies substantiâ sive materiam in fundo, ac si esset arena, & est ipsa terra, quam lento igne exiccabis. Quum autem fuerit sicca, fundatur super eam de aquâ vitæ rectifi-

rectificata in altitudine quatuor digitorum , & finas ita permanere in Balneo Mariæ per horas viginti quatuor , claudendo orificium vitri cum alio vitro , & lutando cum cera tali , ut suprà dictum est. Post hoc ipsa Aqua vitæ iterum abstrahatur , & hoc facies sæpius. Quia quantò sæpius superfunderis , & iterum per distillationem abstraxeris , tantò melius. Et quando ipsa terra fuerit exiccata , ponatur Cucurbita ad arenam , sepeliendo ipsam Cucurbitam in eâ usque ad collum , & abstrahatur igne forti toties , donec nullum fumū in Alembico conspexeris , nō amovendo ipsum Receptaculum. Quia oportet quòd aqua vitæ & Spiritus sive fumus ille simul immisceantur , & ita habebis duo Elementa , scilicet Ignem & Aërem. Post hoc accipiatur terra , & optimè super marmore teratur & ponatur in cucurbitam , superinfundendo de aquâ vitæ rectificata , in altitudine trium aut quatuor digitorum , & impone in Balneum Mariæ per diem & noctem , donec solvatur. Et quum fuerit soluta , frigeat , deindè abstrahatur iterum , & exiccetur ipsa terra ad Solem , quæ cum exiccata fuerit , debet poni in Crucibulum , lutando ipsum optimè cum luto sapientiæ , & calcinetur in Furno reverberationis , per horas quatuor. Deindè frigeat , & iterū super marmore teratur , & in cucurbitam ponatur , superinfundendo de Aquâ vitæ rectificata , & ponatur in Balneum Mariæ ad solvendum. Deindè iterum abstrahatur Aqua vitæ , & terra iterum calcinetur per horas quatuor , dum fuerit sicca. Vel etiam potest ita comburi , ut candescat , deindè



indè iterum solvatur in Balneo Mariæ, cū aquâ vitæ. Et toties solves & calcinabis, donec non poteris ultrà calcinare vel solvere, & hoc fit cōmuniter in septem vicibus, dum magister rectè operetur. Dum autē volueris cognoscere quando ipsa terra non solvitur ulterius, accipatur parum de eâ terrâ, & exiccetur ad aerē, & de aquâ suâ super infunde tres vel quatuor guttas, si solvitur, signum est, ipsam adhuc non esse satis præparatam. Ideoq; oportet ipsam iterum solvere in Balneo Mariæ, deindè calcinare, donec verum poteris habere indicium, ipsam non posse plus solvi.

Ultimò verò debet exiccari, & calcinari, & frigesieri, & tunc est pro se sola, & ignis & aer ab ipsâ sunt separata. Deindè sumantur omnes illæ aquæ, cum quibus solvisti terram prædictâ, & debent poni insimul in Cucurbitam, unâ cum ipsâ terrâ, ponendo simul in Balneo Mariæ, & addendo de ipsâ Quintâ Essentiâ, & abstrahatur usque ad medietatem cum igne lento, & anteponatur aliud Receptorium. Deindè ignis augmentetur, donec omnis humor & materia phlegmatica ab ipsâ separetur. Quo factō magis crescat ignis ad expellendum ipsos spiritus, donec videris parvas pustulas in Alembico apparentes penitus transiisse, deinde iterum calcinetur, & solvatur, sicut superius fecisti. Et hoc debet fieri septies, & toties semper terra solvatur, & calcinetur, Deindè teratur iterum super marmore, & ponatur in Pellicanum ad circulandum in cineribus, & solvendum per dies octo, & videbis materiam ipsam coagulari. Si verò

verò non haberes Pellicanum, debet poni in tale circulatorium.

Vas circulatorium.

Quùmq; videris materiam esse ita coagulata, debet iterum solvi in Balneo Mariæ, & deindè iterum coaguletur in cineribus. Et hoc fiat toties, donec exeat materia sicut oleum, & est ipsa Quinta Essentia. Si verò non haberes Pellicanum vel



Circulatorium, accipiantur duæ cucurbitæ unius magnitudinis, alteram super alteram ponendo quàm fuerint in orificio ambæ quàm optimè politæ & adæquatæ. In quibus imponatur ipsa terra calcinata, & tantundem admisceatur de aquâ ipsius, donec ad spissitudinem synapis reducatur, & fiat cannale

ferreum in circuitu conjunctionis ipsarum cucurbitarum, ipsas lutando circa cannale cum Cera tali, ut suprà dictum est, & ita fit quasi Alembicus cæcus hoc modo. Deindè ponatur ad circulandum in Balneo Mariæ. Postea distilletur per Alembicum cum igne bono, donec materia

materia sicca in fundo remaneat, & aqua quæ ab ipsâ est distillata reservetur. Deindè superinfundatur alia Aqua, quam in primâ circulatione ab eâ colasti, super ipsam materiam, circuletur per dies octo, iterum distilletur, & hoc de octo in octo dies semper facies, donec Aquæ omnes imbibantur. Et hoc facto, omnes Aquæ colligentur in unum vas, & super intundatur de Aquâ vitæ rectificata, & ipsa materia calcinetur prius per horas quatuor in Furno reverbationis donec fiat candida, semper ipsam ponderando prius, ut scias, quantû augmentetur. Quo facto, ipsam rursus cum Aquis suis in circulatoriû pones, superimponendo Alembicum cæcum, ipsas lutandò, ut suprâ. Deindè mittatur ad circulandum in Balneo per menses duos, vel ultrâ, secundum quod quantitas materia indiget. Deindè quum deposueris Alembicum cæcum, invenies ipsam materiam in fundo circulatorii translucentem & claram, sicut est CrySTALLUS, in magnitudine quarundâ Margaritarum, & est ipsa vera Quinta Essentia, Si ergò cum eâ facies Aurum potabile justum & verum, habetas foliorum auri finissimi *drach. j.* quæ debent immisceri cum Quintæ Essentiæ *Unc. j.* & superfundatur de meliori Aqua vitæ composita, quam habere poteris in quantitate *librarum duarum & semis.* Potes etiam addere duodecim partes de Quinta Essentia mellis, & tunc vitrum debet optimè lutari, & debet poni in Balneo Mariæ, & videbis mirabilem operationem, & unionem ipsius auri & Quintæ Essentiæ, quia semper simul ascendunt & descendunt,

*Dosis lu-
cus Auri
potabilis.*

dent, donecambo convertantur in oleum spissum, sicut est sanguis humanus. Quumque videris hoc Oleum ita esse coagulatum, sinas infrigidari vitrum, deindè claudatur optimè, & ponatur in cellario, & ibidem de semetipso solvetur. Deindè iterū coaguletur modo prædicto, & solvatur toties, ut non possit amplius coagulari, etiam de maximo igne. Tunc scias ipsam materiam esse satis paratam. Hoc ergò oleū est optima Medicina in omnibus gravibus ægritudinibus. Est quoq; Præservativum hominum sanorum à morbis. Cave ergò, ne detur sano vel morbo, nisi ipsa necessitas exigat, ita quòd in tribus mensibus dabis saltem tres guttas, quia si sæpius dares, ipsa anima ex eo tantum dolectaretur, & tantum gauderet, quod etiam ab ipso corpore posset secedere: Quū verò dederis alicui in æstate, dabitur cum aquā fontis purā. In hyeme verò cum jure caponis, vel cum vino. Si autem facies lapillos sive Crystallum breviori modo, distilletur phlegma quod remansit, quādo primā vice aquam distillaſti. Ponatur in Cucurbitam, distillando per arenam, donec nigra materia tenuis sicut vinum grossum & spissum in fundo remaneat, quod debet reponi in aliam Cucurbitam, iterum phlegma super infundendo & distillando, sicut primā vice, & iterum ita fiat, vt possis extrahere materiam illam, quæ debet imponi in caldare, & ibidem permaneat, donec iterū in tenuem substantiā vertatur, sicut fuit in principio. Accipiatu deindè & reponatur in cellario, ipsū vas optimè cooperiendo, ut nihil impuri possit incidere, & ibidem infri-

gide-

gidetur per spacium unius mensis, vel paulò plus. Quæ quum permanferit ita in cellario per prædictum spacium temporis, superfundatur de aquâ fontis clarâ, & manu simul misceantur, & coletur in urceum vitreatum, & invenies parvos lapillos translucens sicut Cryſtallus, & est ipsa vera terra, quæ debet teri, & admisceri Auro, quod est in Circulatorio, cum ipsa Quinta Essentia vini & mellis, & videbis solutionem Auri. Reliquum verò extrahatur & fiat oleum, ut suprà monstratum est. Et hoc modo etiam habebis optimum Aurum potabile.

CAPUT XXXII.

De Auro potabili cum Vino græco vel similibus, & speciebus aromaticis.

R Ecipe de Vino meliori quod habere poteris, sicut est Malvaticum, Bastardum, vel Romanum, Corsicum, Græcum; aut Hispanum, distilletur per Alembicum, donec possit rectificari, ut suprà dictum est de Aqua vitæ. Et cum bonam quantitatem habueris de hoc vino distillato, iterum distillabis sex vel septem vicibus. Postea ponatur ad circulandum in Pellicano, ipsum implendo pro tertiâ parte, vel ferè ad medium. Deindè claudatur foramen pellicani cum pastâ factâ ex albumine ovorum, & farinâ optimâ, & ponatur in Balneo Mariæ lenti ignis, per dies quadraginta, vel plus. Deindè si gustando senseris aliquam dulcedinem cum odore excellenti, satis circulatum esse putato. Si verò non, debes iterum ponere in Pellicano.

canum donec ad id perveniat. Et quum fuerit ita ponatur in vitrum optimè clausum. Est hæc ipsa Quinta Essentia vini, quæ debet sumi loco omnium Medicinarum, & debet dari ægrotanti tempore matutino. Dosis eius est de *drach. ij. &que ad iij.* secundum quod ægritudo est intensa vel remissa. Si verò velis admiscere species aromaticas, poteris capere nucis muscatae, cinnamomi garyophyllorū, zedoariae, galangae,



zinziberis albi, granorum paradisi *ſnc. j.* pulverifentur, & ponantur in libra una aliqua prædictæ *ſnc. ij.* harum specierum ponatur in vitrū cum collo longo, benè clauso super cineres, per horas viginti quatuor, in vitrum tribus aut quatuor vicibus agitando. Postea coletur per pannū linteum, ipsas feces segregandi: alia verò materia debet distillari toties, donec non poterit ultra distillari. Deinde debet circulari, ut supra & ita habes Quintam Essentiam, & verum Aurum potabile.

CAPUT XXXIIL

De alio Auropotabili excellenti.

SVnt quidam qui distillant & abstrahunt Aquam vitæ à terrâ meliori vino quod habere possunt, ita quòd materia phlegmatica in fundo remaneat. Ideoque ne in hoc fallaris: Primò


Primò distillabis mediam partem, & alia media pars est sicut aqua fontis clara, de quo non debes mirari, & hæc iterum debet distillari lento igne, deinde reponatur segregatim. Materiam verò densam, quæ in fundo remansit, facias bulliri ad ignem, donec exicceretur. Poteris etiam ex hoc extrahere Oleum nigrum, densum, & spissum, quod est calidum, & hoc etiam debet optimè custodiri: deinde calcinabis ipsam materiam nigram in Furno reverberationis, & pro unâ parte terræ accipies de ipsâ Aquâ vitæ prædicta partes quinque, quæ debet esse dulcis, super infundendo ipsam, & ita permaneat per dies quindecim, donec solvatur. Postea distilletur per Filtrum, abjiciendo feces, distillando iterum aquam, & calcinando per dies quatuor vel quinque. Quo facto invenies terram albam. Vide ergò ut cautè opereris hoc, ut possis habere bonam partem de ipsâ terrâ, & poteris dealbare & mundificare per caliditatem ignis, & per humiditatem aquæ. Et ita potes intelligere, ipsam aquam nil valere quàm ad mundificandum, idèòq; nullum debet habere spiritum. Verum quidem est, in ipsâ Aquâ vitæ esse ignem & spiritum, sed habet in se qualitatem aqueam (quod est ipsum phlegma) & terræ, quod est ipsum impedimentum perfectionis, Et idèò debet distillari sex aut septem vicibus, ut benè rectificetur. Deinde debet circulari in Quintâ Essentiâ. Et si hæc Aqua vitæ, hoc est Spiritus & Ignis, non haberet naturâ ipsius Quintæ Essentiæ de terrâ prædicta, non posset ascendere, sicut est opinio Hermetis, nec spiritus & ignis in

G

terram

terram fixari. Est autem hæc Aqua vitæ Quintæ
Essentiæ: Habeas Cucurbitam cum Alembico
rostrato, & impone quatuor libras de aquâ vitæ
rectificata. Deinde lutabis optimè ipsum Alem-

*Forma
Fornacis
pro sepa-
ratione
quatuor
Elemen-
torum.*



bicum,

bicum, cum tali pasta, ut jam sæpius est dictum, & imponatur in fornacem ad distillandum, ita ut decet.

Aqua autem distillata recipiatur in Receptorium, dum sit benè clarificata. Inde extinguitur ignis, & reserva aquam in vitro optimè clauso, ut nullus aer ingrediatur, quia nihil aliud est quàm spiritus. Et hoc fac tribus vicibus, semper aliquid sinendo in fundo distillatorii, ut scias securè, nihil aliud esse quàm Spiritum benè rectificatum. Hoc ita distillabis quater, & habebis aquam odoris suavissimi, operationisque mirabilissimæ. Quia si venenum aut fumus quidam pestifer in corpus intrasset, mirum in modum per hoc ab ipso separabitur, & antequam ter distillaveris, odorem mirificum percipies, & hæc aqua solvit Solem & omnes gemmas. Ad facturam verò hujus auri potabilis aliqui accipiunt folia auri purissimi, trita super marmor cum melle, donec videantur esse redacta in aquam, vel quod appareant satis esse subtilia ad scribendum.

Quid solvat Sol, omnesq; gemmas.

Posteà lavetur in vase mundo cum purâ aquâ fontis, quæ debet esse tepida, posteà sinas ita in fundum residere, posteà ponatur in aquam vitæ, vel in Quintam Essentiam, & habebis optimum Aurum potabile. Potest etiam poni in aquam mellis, vel in aquam à zuccaro distillatam. Et hoc aurum potabile mirabiliter tollit omnes ægrotudines, præcipuè lepram.

Ad lepram.

CAPUT XXXIV.

De Auro potabile cum gemmis.

SI autem feceris Aurum potabile cum gemmis, scilicet cum Smaragdis, Saphiris, Rubinis, Granatis, Hyacintis, vel etiam cum Margaritis, oportet omnes gemmas subtilissimè terere super lapidem marmoreum, & de pulvere illorum lapidum pones in prædictam aquam vitæ, & circuletur per aliquod tempus in Pelligano, postea distilletur. Et hæc aqua solvit omnia, & ascendit quemadmodum si volaret. Si quoq; facis ascendere super aurum, ultra nunquam, ascendet, Et hoc est secretissimum in naturâ. Transendo verò ad ipsam terram albam prædictâ, ut possimus eam

Nota secretum in Natura.

Retorta.

facere ascendere, ut adipiscatur naturam Quintæ Essentiæ, ad solvendum Solem vel Lunam, Accipiat ergo de ipsâ materiâ albâ & de Sole vel Lunâ ana partes æquales, & tantundem de pondere prædictæ aquæ vitæ, & quando aurum erit solutum, ponatur in Cucurbitam nō nimis altam, quia



non posset in altiori ascendere, & fac ipsam per Alembicum ascendere, & cū ascenderit, operaberis ultrà ut decet. Si verò non possis habere Cucurbitam ad hoc accommodatam, habeas unam Retortam, talem. Est etiā sciendum, quòd quando Aqua vitæ est defecata & rectificata, &

perven-

pervenerit in Quintam Essentiam cum odore fragrantissimo, scias ipsam habere propriam terram ab eâ venientem, quæ pervenit in aquam, & ascendit, quasi volando per naturam aquæ, quam secum facit ascendere. Si ergò prædicta intelligis, poteris facere aquam ad solvendum omnia Metalla, & si hoc non intelligis, nihil facere poteris, quia in hoc consistit omnis modus solvendi. Medicinam verò quæ debet dari homini post projectionem, accipies in quantitate unius grani ordeacei, & ponatur in poculum argenteum cum vino albo vel cum aquâ purâ, ipsam fortiter calefaciendo super ignem donec solvatur.

Posteâ ab igne moveatur, & cum Cochleari argenteo agitetur, donec frigescat. Detur leproso stomacho jejuno post mediâ noctem. Potest etiam dari omni ægroto in quâcunq; infirmitate sit, & si in malâ valetudine jacuerit duobus mensibus, sanabitur in duobus diebus. Si verò homo est sanus, omni anno ter accipiat hanc medicinam. Hinc dicit Arnoldus de Villanova, se curasse Henricum Ducem Veronæ ex precib. patris sui, Regis Aragonum, qui tribus mēsis leprosus fuit, & in tribus diebus convaluit. Ait etiâ se usum fuisse hanc medicinâ in senectute suâ, & quodocunq; habebat calorem defectu naturæ, vel etiam ex aliâ causâ, ipsam medicinam cum frigidityte temperasse, Si verò habebat frigus, Medicina moderabatur hoc ex suâ caliditate. Et saltem duabus vicib. in anno hoc utebatur, scilicet unâ vice in æstate, & aliâ vice in hyeme. Circa hoc notabis mirabile quiddam. Si.

*Ad leprâ
Arnol.
duo.*

Quidope-
ratur au-
rum pota-
bile cum
gemma in
mortuis.

hæc Medicina detur ægroto, qui de voluntate Dei debeat mori, nullum est remedium adhibendi aliquam medicinam. Sed postquam fuerit mortuus, habet oculos apertos, & colorem naturalem, ac si viveret, & videtur mortuus quodammodo spiritu subito esse raptus. Ipsi quoq; crines talis hominis, & barba, & unguis semper crescunt, quia sanguis qui est in corpore, non potest putrescere, propter calorem naturalem, qui per medicinam est sustentatus

CAPUT XXXV.

De Auro potabili ad paralyfim.

PRæparatur Aurum valde preciosum ad omnem paralyfim, hoc modo: Solvatur Aurum purum in quantitate *drach 4.* in aquâ forti. Deinde habeas aquam fontis distillatam toties, ut dulcescat, in quâ prædictum aurum debet lavari, & quum fuerit in pulverem redactû, ponatur in aquam vitæ simplicem, quatuor vicibus distillatam: Deinde Recipe pulveris boracis, *unc. semis*, dissolvatur pari modo in Aqua vitæ simplici, imponendo in parvum vitrum, & totum id cum aquâ vitæ implendo. Recipe etiam camphoræ *drach. 1.* & dissolvatur etiam hoc modo prædicto. Vltimò verò cape zuccari candidati *drach 2.* & debet etiam hoc modo in aquâ vitæ Sol dissolvi. Postea quum omnia fuerint dissoluta, recipe quatuor illas aquas, in quibus solvisti materias prædictas, & distillatur per cineres igne lento, toties, ut omnis aquea substantia ab aliâ materiâ separetur, in tali fornace ut sequitur. Et hoc fiat toties, donec videas materiam in fundo similem oleo, Deinde ponatur vi-

vitrum cum ipsâ materiâ in locum humidum,
 & vertetur materia in substâtiâ crystallinam,
 deinde solvatur in aqua quatuor substantiarum
 dissolutarum, ambra grise, musci Alexandrini
 recetis *ana drach. i.* & de hoc fit quoddam oleû.
 Et quum volueris opitulari ægroto, accipe folia
 & flores de boragine & salvia, *ana Manipul. i.*



Furnus
 distilla-
 tionis.

*Theſaurus
occultus
Philoso-
phorum.*

Lavendulæ. *Manſpul. ſemis*, ponatur in quartam partem Aquæ vitæ, & in hæc permaneat per dies tres integros. Poſteà diſtilletur, & in vitro benè clauſo optimè cuſtodiatur. Et quum volueris dare ægroto, accipe guttam unam olei prædicti, & centies tantum de aquâ trium herbarum, & hoc dabis patienti cum maximo diſcrimine & providentiâ, quia hæc eſt medela, quæ omnes infirmitates hominum occultat, & eſt Theſaurus occultus omnium Philoſophorum.

CAP. XXXVI.

De alio Auro potabili bono.

Reeipe aquæ vitæ ſimplicis *unc. 2.* boracis de petra *drach. 2.* diſſolve boracem in dicta aquâ vitæ. Deinde ſolve zuccari candidi *unc. 1.* in aqua vitæ *unc. 3. ſemis*. Solve etiam camphoræ *unc. ſemis*, in aquâ vitæ *unc. 2. ſemis*. Ultimò verò accipiantur folia auri puriſſimi, quæ ſolvantur etiam in dicta aquâ vitæ, & hæc quatuor Aquæ vitæ ponantur in Cucurbitam, optimè ipſam claudendo, & ita per unum diem requieſcat. Poſteà ſuper imponendo Alembicum, & diſtilla uſque ad medietatem. Poſteà ponatur Cucurbita in locum humidum, & quatuor illæ materiæ in Cryſtallum albiſſimam & candidiſſimam convertentur. Poſteà ſolve in aquâ ab hæc Cryſtallo diſtillata hæc ſequentia. Ambræ bonæ, muſci fini recentis, *ana drach. 1.* Margaritarum optimarum *unc. 1.* ponantur in Balneum Mariæ, & ſint omnia benè lutata, & in diebus tribus convertentur in oleum, quod quidem eſt Aurum potabile.

CAP.

CAPUT XXXVII.

De alio Auro potabile cum aquâ forti.

Accipe aurum optimum quod habere poteris, quod solvi debet in aquâ forti, & deinde evaporetur & abstrahatur aqua per Alembicum, non tamen debet omninò exiccare, quia esset sicut oleum. Postea superfundatur de aquâ mellis, quæ sit etiam distillata per Alembicum, ut ipsam materiam transcendat quatuor digitis. Ponatur ad digerendum quatuor diebus, & totidem noctibus in Balneo Mariæ. Postea aqua mellis iterum abstrahatur per Alembicum, deinde aliam aquam mellis impones & digeres, ut supra, & per omnia facies sicut in primâ vice fecisti, & scias quòd remanet sicut oleum tenue, cum ipsâ aquâ mellis postea parum resideat. Deinde toties abstrahes aquam mellis, ut nulla sal sedò remaneat de substantiâ aquæ fortis, in quâ dissolutum fuit aurum, & quum per saporem mellis amaritudinem in linguâ perceperis, habeas aquam vitæ duodecies distillatam, in quâ nullum sit phlegma, & in eâ solves aurum, ut aqua aurum transcendat quatuor digitis, deinde benè lutetur Distillatorium, in quod imposueris, cum luto forti, & ponatur in Balneum Mariæ donec solvatur. Potest tamen hoc citius fieri in fimo equino, & magis est naturalè quàm aliud, dum ponatur in Fixatorium sive Pellicanum. Deinde abstrahatur Aqua vitæ ab auro per Alembicum, ita ut aurum remaneat in fundo vitri, sicut quoddam oleum, vel Butyrum, & hoc est ipsum Aurum potabile.

G. 5.

Que

*Ad calvi-
ciem.*

Quo quidem potest uti quilibet ægrotus in electuariis, vel cum vino. Aqua autem mellis, quæ in prædicto auro funditur, fit hoc modo. Habeas Cucurbitam, in quam impone ipsum mel, & quum mel ascenderit, aperias parum Alembicum, & iterum residebit in fundum cucurbitæ, & hoc fac toties, donec totum mel fuerit distillatum. Primò ergò aqua est alba. Aliæ verò post primam sunt bonæ ad calviciem, quia cum caput ex ipsis inungitur, pili crescunt. Sunt etiam bonæ ad ipsum aurum potabile, quia abstrahunt amaritudinem ex ipso.


CAPUT XXXVIII.

De alio Auro potabili.

REcipe Aurum purum foliatum, teratur cum sale communi præparato, & quum fuerit tritum, iterum parum de sale addas, & bene simul misceantur, & calcinentur in Furno reverberationis per quatuor aut quinque horas, faciendo bonam flammam ignis, deinde sinatur frigescere. Lavetur postea cum aquâ dulci tepida. Postea ponatur in aquam sequentem ad digerendum, per novem dies. Post hoc ipsa aqua abstrahatur ab auro, & iterum superfundatur, & digeratur, & iterum abstrahatur, & hoc semper fiat ita duabus aut tribus vicibus cum lento igne. Postea super infundatur aqua fontis pura, & iterum abstrahatur. Cave autem, ne nimium siccetur aurum, quia in solutione foret nimis asperum, & quasi inobediens solutioni. Aqua verò suprâ nominata debet sic

sic fieri : Recipe libras quatuor optimi mellis, & bulliant super lento igne carbonum in capsiâ ferreâ, & spuma semper tollatur, super infundendo de aquâ fontis in altitudine duorum digitorum. Deinde ponatur iterum ad ignem donec spumescat, & iterum spumam tolles. Postea fundes super ipsum mel albumina quatuor ovorum optimè concussa & depurata, & sinas modicum bullire, semper ipsam spumam tollendo, & quum benè bullierit, per filtrum coletur. Post hoc ponatur ipsum mel colatum ad lentum ignem, donec omnis aquositas ab eo recedat, & post hoc ab ipso melle distilletur, & hoc qued de ipso distilla-veris, iterum duabus vel tribus vicibus distilletur, & quum post distillationem requieverit octo vel decem dies, habebis aquam paratam. Quando autem ipsum phlegma de vino vel fecibus abstraxeris, & quòd feces ipsæ inspissentur sicut mel, ponatur in arenam, super infundèdo aquam vitæ, ut emineat super feces tribus digitis, & putrescat per octo dies super Alembico cæco tali.

Deinde iterum abstrahatur Aqua vitæ per Balneû Mariæ. Postea superfunde de purissimo phlegmate sedecim aut decē & octo



libras, & ponatur in arenam frigidam per dies sex & crescent lapilli in ipsâ terrâ, qui debent postea lavari cum phlegmate, donec depurentur, deinde exiccentur parvo admodum igne. Postea super infunde eis aquam vitæ, ut super emineat tribus digitis, & post quatuor dies iterum abstrahatur per Balneum Mariæ, & hoc fiat tribus vicibus. Ultimò verò ponatur in arenam cum valido igne, ut Spiritus expellantur. Videbis quoque oleum venire, quod permittit exire in Receptaculum, donec fumus cesset, & terra erit satis calcinata. Illa autem aqua sic est utendum: Recipe terram calcinatam, super quam funde de meliori aquâ vitæ, quam poteris habere, digeratur sub Alembico cæco in Balneo, per dies quatuor. Postea iterum abstrahere aquam vitæ sensim per collaturam, ita ut non coloretur de terrâ. Postea super infundatur alia aqua vitæ, & fiat ut prius, Et hoc toties facies, donec aqua non coloretur ultrâ de terrâ. Deinde pone ipsam aquam in Balneum Mariæ cum terrâ, & abstrahatur lentissimo igne, & in fundo Cucurbitæ invenies terram albam asperam, sicut est sal, quam iterum poteris solvere & coagulare ut prius ostensum est, donec satis aspera & subtilis videatur.

*Oleum
Solis.*

Oleum Solis fit hoc modo: Recipe Aquæ vitæ præparatæ libras quatuor, ducatos duodecim, qui solvantur in aquâ forti, super infundendo aquam frigidam, & convertentur in calcem, quam cum duplici pondere zuccari candidi teres, & inde lavabis cum aquâ dulci distillatâ, ut Zuccarum ab Auro abstrahatur. Et quum fuerit

fuerit exiccatum, una pars calcis debet teri cum tribus partibus mastice præparati, & addatur de Aquâ vitæ, ut fiat pasta, quæ ponatur in vitrum, & accendatur, & ipsum vinum cum mastice ab Auro separabitur per combustionem, & ipsa calx in oleum vertetur. Hoc ergo Oleum deponere subtilissimè. Et si calx non fuerit tota soluta, lavabis eam iterum cum Aquâ dulci, & teres cum mastice, & facies per omnia ut suprâ.

Et si habet quandam nigredinem vel impuritatem, debet lavari cum aceto distillato. Et quum totum fuerit conversum in oleum, accipiantur partes duæ de terrâ albâ parata, & immisceantur cum prædicto oleo, ut fiat pasta, parum addendo aquæ vitæ. Deinde ponatur in Aquam vitæ præparatam, ad digerendum in Balneo per unum mensem, vel ultra, secundum quod videris solutione Solis citò vel tardè.

Fit autem solutio Solis hoc modo: Recipe Auri puri boni *Œnc. semis*, Mercurii benè abluti & purgati *Œnc. iij.* fiat amalgama. Postea Mercurius separetur ab Auro super cinericium, sicut fit apud Aurifabros, & Aurum ita remanet sicut quædam farina citrina. Post hoc cape salis Ammoniaci *Œnc. semis*, imponatur in aquam vitæ cum Auro calcinato, & stet in Balneo Mariæ digerendo per sex dies, postea abstrahatur omnis humiditas cum calore ignis primi gradus, & erit paratum. Deinde cape Aurum illud ita paratum, & impone in Cucurbitam vitream mundam, imponendo Alembicum cum rostro, & omnia optimè ludentur, funde super ipsam materiam parum olei Olivæ, & distilletur in principio cum lentissimo

Solis solutio.

G 7. igne.


igne. Vltimò verò in validissimo, sicut fit in aquâ forti. Quo factò, aperi Cucurbitam, & si aliquid in eâ remansit, fiat per omnia, ut suprà, & hoc facies, donec nihil in vitro remaneat. Postea verò abstrahatur phlegma per distillationem, haud secùs faciendo, & habebis optimum oleum ad Aurum potabile, & est bonum & expertum in multis.

CAPUT XXXIX.

De Auro potabili Volatili.

Aurum potabile volatile ad plurima conducens, fit hoc modo. Recipe de vino meliori quod habere poteris quantumcunq̃e voleris, ponatur in vitrum cum collo longo, & claudatur sicut solet fieri cum sigillo Hermetis, & postea putrefiat, & optime custodiatur, ne frigeat, & ita permittes requiescere, donec acquirat fecem, sicut facit acetum, & est citrina, sinas itaque stare longius, donec tota recedat, & habebit albas venas, sicut si essent flammulæ ignis, & hoc fit communiter in spacio trium mensium. Deindè ponatur in cucurbitam optimè clausam, & distilletur cum igne, facto ex ligno sicco, in aquâ tepidâ, sicut fit in Balneo Mariæ, in tali Fornace ut hîc depingitur. Post hoc accipe libras duas huius materiæ distillatæ, & impone in eâ quindecim folia auri purissimi, & bulliat in Balneo Mariæ duodecim horis continuis, & vitrum sit optimè obstrusum cum signaturâ Hermetis, ut suprà dictum est. Deindè lentissimo igne distilletur, & quòd

& quòd ignis non sit adhuc in primo gradu, & hoc facto, quando tota materia est distillata, reseruetur, & hoc appellatur Aurum potabile volatile.



*Forma
furni vel
vasi rati-
ficationu.*

CAPUT XL.

De alio Auro potabili.

FIt etiam Aurum potabile hoc modo: Recipe vinum rubeū spissum, distilletur quater. Postea recipe de tartaro calcinato, & superinfundatur, & putrefiat horis viginti quatuor. Deinde omnis humiditas lentissimo igne abstrahatur, & videbis ipsum tartarū, quod prius erat albū, in nigredinem esse conversum, quod iterum calcinabis, donec albescat sicut nix, & iterum fiat putrefactio, sicut supra, & distillabis formā jam dicta, & ita septies calcinabis, & septies digeres, & septies quoq; distillabis, modo & formā prædictis. Postea ponatur in Balneum Mariæ, imponendo folia Auri purissimi ad placitum iterum distillando, & iterum superinfundendo, donec ipsa materia tota convertatur in oleum, quod est optimum Aurum potabile, pro hominibus bonæ valetudinis, ipsos in sanitate conservans.

CAPUT XLI.

De alio Auro potabili pretiosissimo.

SVnt Quidam recentiores Philosophi, qui Aurum potabile faciunt hoc modo: Recipe de vino rubeo vel albo quantum volueris, distilletur septies per cineres. Deinde congrega omnes feces & distilla, collando ipsam Aquam, donec in spissitudinem mellis transeat, deinde superinfundes ipsum phlegma, & requiescat ita

ita tribus diebus, & totidem noctibus, & omnes lapilli in fundum secedent. Hoc facto, lavabis prædictos lapillos cum phlegmate, donec purifiant, deindè exiccentur, & imponantur in Cucurbitam, super imponendo Alembicum cæcum, & mittatur in Balneum Mariæ per tres dies, & totidem noctes, super infundendo de Aquâ vitæ in altitudine trium digitorum. Postea paulatim coletur, ne vinum fiat turbidum, & sic fac, quousque vinum nullum colorem ab ipsis lapillis suscipiat. Ultimò verò abstrahatur totum vinum à lapillis, ut ipsi toti sicci remaneant in vase. Quo facto, oleum ipsum auferatur per arenam igne valido, & hoc quod post oleum remaneat in vitro, dicitur terra fœtida, quæ debet abjici, quia nihil valet amplius. Postea ponatur Alembicus in cineres, & invenies lapillos dealbatos sicut nivem vel salem. Et vinum quod extraxisti ex lapidibus, quum candidi remanserunt, servetur ad multiplicationem & fermentationem. Ultrà sal ipsum fermentatum cum calce Solis & Lunæ imbibatur cum Aquâ vitæ prius abstracta, & sint tres partes Salis, & una pars calcis, ponatur sub Alembico cæco, ad digerendum in Balneo Mariæ per diem naturalem. Postea imponatur Alembicus cum rostro, & distilletur. Hoc facto, iterum superinfundatur vinum in altitudine trium digitorum, ut suprâ dictum est, & digeratur iterum sub Alembico cæco per diem naturalem, & exinde iterum distilletur, sicut prius fecisti, & hoc toties, donec fermentum & terra in Receptaculum transierint, & sint conversa in spiritum vel
in

*Quomodo
Spiritus
debeat re-
duci in
corpus.
Oleū vir-
gineum.*

in substantiam aqueam. Si ergo hos spiritus vo-
lueris iterum reducere in corpus, ponantur in
Balneo Mariæ, & coagulabuntur in lac album,
quod appellatur Lac virginium, est tamen dif-
ferens ab eo lacte, quod supra vocavimus Oleū
plumbi. Postea iterum infundatur de aqua
prædictâ, & ponatur sub Alembico cæco, ad
digerendum, & hoc tam diu fiat, donec totum
convertatur in spiritum volatilem. Aqua au-
tem vitæ, quæ super hoc lac natat, distilletur in
Balneo Mariæ, & in fundo Distillatorij invenies
verum Lapidem, & hæc appellatur transmuta-
tio spiritus in corpus. De hoc ergo lapide ac-
cipe in quantitate unius grani hordeaci, super
Mercurij vini loti & purificati *ſinc. x.* cum fuerit
calefactus in Crucibulo, & videbis ipsum Mer-
curium coagulari in verum Solem vel Lunam,
secundum primam fermentationem, & hoc po-
teris custodire. Si verò non velis custodire, ite-
rum de pulvere super imponentur, & convertetur
totum in pulverem, qui debet imbibi cum ipsâ
aqua abstracta à prædicto lapide, & hic est ve-
rus Lapis, si ipsi tincturæ super imposueris aliū
pulverem, & hoc potest augmentari in infinitum.
Et si ipsa aqua à lapide abstracta, defice-
ret in augmentatione, poteris aliam bonam a-
quam vitæ loco eius capere, quia nihil in hoc est
discriminis.

CAPUT XLII.

De Aure potabili Vegetabili.

Est etiam aliud Aurum potabile, quod mi-
rabiliter confortat humiditatem superflua
in

in homine, & fit hoc modo: Recipe de ipsa Quinta Essentia vini, ita extracta, ut suprà docuimus, in quâ possit resolvi aurum, virtutem suam conservando, & hoc fiat subtiliter per viam continuitatis cum humiditate balnei, & distilletur ipsa aqua igne lento, totam humiditatem ab ipsâ separando, & ita substantia auri remanebit in Distillatorii fundo tota sicca. Post hoc capiatur de illo vino, & distilletur per Alembicum toties, donec non possit ultrâ comburi per diminutionem Sulphuris sui, semper quamlibet distillationem in quodlibet Receptaculum suscipiendo, & cape de secundâ aquâ toties, donec nulla vena in ipso Alembico appareat, & in hanc aquam projicies ipsam substantiam Auri, & citissimè in aquam vegetabilem solvetur, & hoc fit ex eo, quòd Mercurius per Mercurium est rectificatus de ipso phlegmate, donec videris ipsum non posse ultrâ comburi, quod quùm ita sit, cum primâ substantiâ auri permiscebis, & tunc est vera Aqua vitæ sive Aurum potabile. Hæc autem est prima aqua, serviens & proficua humano corpori. Recipe de Aquâ vitæ, & ab ipsâ separabis omnem humiditatem per distillationem de Quintâ aquæ Essentiâ, quæ est Aurum purum, & hoc serva segregatim, & in ipsam aquam vegetabilem impones mellis cum favo suo partes tres, & hoc omne simul ponatur ad putrefiendû in Balneo Mariæ per dies quatuor, Et hæc digestio debet fieri novē vicibus in Balneo, vel in fimo, quia ex hoc aqua rectificatur. Aqua secunda est hæc: Recipe Caponem vel Gallinam veterem, & quum

Aqua prima.

2.

omnia

- omnia ossa & superflua fuerint amota, caro ipsa debet teri in mortario lapideo subtiliter. Deindè pones in Cucurbitam cum Alembico, & Aquam ab eo distillabis in Balneo Mariæ, & hæc iterum debet segregatim custodiri. Aqua tertia est hæc, Recipe carnem de Gallina vel Capone, distilletur per cineres, omnem humiditatem lento igne abstrahendo, & cave, ne aduratur caro in Alembico, & hoc etiam segregatim custodies. Aqua quarta est hæc: Accipe de vino partes tres, ponatur super partem unam prædictarum carniū, ponaturq; in Cucurbitā, optimè ipsam claudendo cum Operculo vitreo, & lutando, deindè ponatur super cinerem, lento igne, per dies tres, postea distilletur per Alembicum, & aquam reservabis. Aqua quinta est hæc: Recipe totā substantiam Caponis vel Gallinæ, & totam substantiam humidam ab ipso separes per Alembicum, sicut prædictum est, & Aquam quoq; reservabis. Aqua sexta est hæc: Recipe omnia ossa Caponis vel Gallinæ, pistentur minutim in mortario lapideo cum pistillo ligneo, & imponentur in Balneum Mariæ, postea verò super cineres, & distillabis, sicut prius dictum est, & hæc quoque debet custodiri. Aqua septima est hæc: Recipe de Aquâ tertiâ, de Aquâ quintâ, & de Aquâ sexsâ, distillentur simul per Alembicum, & optimè custodiantur. Rectificatio verò aquarū prædictarum, quæ sunt distillatæ per cineres, hæc est: Recipe de Auro ita præparato, ut jam ultimò est dictum, & coaguletur, quia est naturale quiddam humidum, omni modo & calore, sicut si esset Auripigmentum.

tum citrinum, & impone de Aquâ suâ primâ partem semis, & statim solvetur ab Aquâ ipsâ, & à tribus Aquis prædictis. Cape ergò in magnitudine unius cochlearis argentei, & optimè misceatur cum bonâ parte melioris vini quod habere poteris, & da homini phlegmatico, tempore hyemis, & mirabiliter ipsum in sanitate conservabit. Si verò homo sit cholericus, da ei cum Aquâ purâ. Melancholico verò cum jure caulium. Sanguineo autem non dabis de hac Aquâ, sed dabis ei de hoc quod sequitur. Recipe de Aquâ aurea, cochleare unum, ponatur in vinum, & detur ei, & erit securus ab omni infirmitate. In Aestate autem debet administrari phlegmatico cum jure Gallinæ, in quo coctum sit petroselinum, Cholerico verò cum alio jure. Melancholico dabis, quum tempus expostulabit, in magna ipsius operatione caloris vel frigoris. Si autem velis dare ægrote, dabis secundam partem Auri dissoluti in secundâ aquâ Caponis. Si sit Phlegmaticus, dabis ei medium cochlear cum duabus partibus aquæ, Et sic etiam debet dari Sanguineo. Cholerico dentur duo cochlearia de Aquâ tertia, & identidem fiat de Melancholico, & in tribus diebus ab omni infirmitate, etiam quantumvis sit magna & periculosa, liberabitur. Et quum ipsam Medicinam volueris dare cum aquis prædictis, interrogabis ægrotum, quo cibo maximè delectetur. Et licet sit ei contrarium, dabis tamen ei de illo, & de hac Medicina, in quantitate pisi, vel lentis magnæ: Hæc autem Medicina valet contra omnem infirmitatem naturalem vel accidenta-

dentalem calidam vel frigidam. Et quum volueris peregre proficisci, talis medicina (si tecum velis portare) debet coagulari, & ponatur in vitrum, & quando volueris eam uti, præparetur in humiditate Auri potabilis. Quando igitur vegetabilia præparaveris, ut jam dictum est, accipiatur unum vegetabile, & in quodlibet vitrum imponantur folia auri, optimè vitrum claudendo, ne possit evaporari, ponatur ad cinerem cum lento igne, & aurū solvetur in viginti duobus diebus. Si ergo velis facere aurum potabile, abstrahatur tota substantia aquea ab auro cum lento igne, & aurum quod in fundo remansit, ponatur in Cucurbitâ in Balneum Mariæ, & solvatur in quatuor diebus naturalibus, & hoc est verum Aurum potabile, quod debet poni in parvam Cucurbitam, addendo ad auri foliati *ſnc. ſemis*, Mercurij abluti cum sale & aceto *ſnc. ſo.* & totum in octo diebus in verum Aurum convertetur. Et si velis hoc magis sublimare, recipe de Auro potabili, cui addantur de Mercurio septies sublimato cum vitreolo & sale communi, & iterum revivificato, & hoc debet poni per dies octo super cineres cum lento igne, & indureſcet. Vna pars huius materiæ tingit centum partes. Et hoc etiam potest augmentari in infinitum.

CAPUT XLIII.

De ultimo Auro potabili.

R Ecipe de Auro affinato *ſnc. ſemis*, malleetur subtilissimè, sicut fit quum deauratur, & ſcin-

& scindatur in partes minutissimas, addatur de Mercurio depurato, & fiat amalgama, ponatur super lapidem marmoreum, & teratur cum tanto sulphuris quantum sufficit, vel melius, quantum amalgama ponderat. Et quum satis fuerit tritum, ponatur super prunas in Crucibulo, & statim comburetur. Quo facto, iterum teratur super lapide marmoreo, & iterum ponatur in tigillum, ipsum ad ignem collocando, donec rubescat, postea amoveatur Crucibulum, & invenies aurum tuum optimè calcinatum in pulvere subtilissimo, sicut si esset pulvis croci. Ponatur postea in Furnum reverberationis, & detur ei flamma, ut decet, & erit paratum. Postea lavetur cum aqua vitæ quater distillata, & deinde exiccetur. De hoc pulvere cape tantum quantum volueris, super infunde de aquâ vitæ rectificata tantum, ut ipsum pulverem excedat in altitudine trium digitorum. Deinde ponatur in Circulatorium, & ponatur in Balneum Mariæ cum media parte suorum lapillorum, & ipsum aurum solvetur in aquam croceam, ut etiam cutem humanam tingat in colorem rubeum. Exinde extrahes omnia Elementa, sicut prius dictum est, & quodlibet ab aëre optimè custodiatur, quia habent virtutem, quàm exprimere non est possibile, & si possibile esset, centesima pars indoctorum non crederet. Substantia enim aquea valeat ad omnes infirmitates, procedentes ex calore vel frigore. Valet etiam ad quamcunq; passionem pectoris, cordis, pulmonis, & omne venenum expellit, omnes materias supervacuas à pulmone

Vis aqua.

*Potentia
Olei.*

*Ignis eff-
cacia.*

*Proprietas
Terra.*

monne ejicit. Et si esset Apostema intra corpus, facile ex hâc curatur, sanguinem purgat, visum acuit, & omnia membra spiritualia à putrefactione conservat. Oleum verò maximè prodest adolescentibus, ipsos enim conservat in robore & venustate, dum eo in cibis utantur, sanguinem non finit putrescere, nec phlegma dominari, vel Choleram adurere, nec Melancholiam vigere, sanguinem & sperma multiplicat. Et idè qui hoc oleo utuntur, sæpiùs debent venas incidere. Et si aliqua membra forent læsa vel diminuta, ipsa restituit, visum amissum recuperat, dum omni nocte per spaciū unius mensis guttam unam in oculum imponis. Elementum ignis ad omnia priora valet. Senes facit adolescere, mortuos reviviscere. Senes hoc uti debent cum modico aquæ auræ, omnes ægritudines senectutis tollit, & idè appellatur Elixir vitæ, resolvatur ignis in aquâ vitæ, donec habuerit colorem rubeum, & imponatur de Mercurio fixo super lentum ignem, & citissimè solvetur. Postèa adde tertiam partem Auri, & statim in corpus convertetur, & potest coagulari cum modico aluminis. Quo facto, videbis ipsum in lapidem rubeum converti, & sic iterum revivificetur in humiditate & arsenico, fiet perfectum Elixir super ipsum Mercurium. Elementum verò terræ, si est benè rectificatum, ut decet, per terram suam tribus vicibus, qualibet vice ipsam resolvendo, & per Filtrum distillando, & iterum coagulando, tunc habebis Sal terræ. Si quoque ipsum tale Sal fieret fluxibile, retinet tamen de Mercurio. Et si aqua illa fuerit benè

benè & justè rectificata, fixat omnes spiritus. *Fixio spirituum.*
 Valet ad omnes cicatrices, & vulnera curat, & carnes crescere facit. Et ita habes multas formas faciendi Aurum portabile, quæ si ad placitum tuum non invenies, boni consule obsecro. Nam si scires, in quo temporis spacio id congesserimus, non mirareris, si forsitan quippiam incepti huic libro insertum reperireris.

CAPUT XLIV.

De Aqua Vita composita pro hominibus frigida complexionis aut regionis.

Satis superq; nunc in superioribus capitulis de aquâ vitæ simplici diximus: Restat nunc de composita aliquid elucidare, etsi non sit necesse, Sed quia ex varietate lector doctus mirum in modum afficitur, ideoq; non inconsultum videtur, aliquid de compositâ differere, cuius varias ex variis describemus vias componendi. Primò itaq; videndum est de eâ quæ debet administrari hominibus frigide complexionis, aut ægrotantibus à causâ frigidâ.

Poteris etiam ea uti in tempore & regionibus frigidis, & est hæc: Recipe zinziberis albi, cinnamomi electi, cubebæ recentium, garyophyllorum mundatorum, nucis muscatæ, macis electi, cardamomi, zedoariæ, galangæ, piperis longiana partes æquales. Conterantur omnia grosso modo, fundantur super unam partem specierum sex partes aquæ vitæ simplicis, ponantur in Cucurbitam longam, super imponendo Alembicum cæcum, & ponatur ad digerendum.

H

geren-

gerendum per dies 14. Postea distilletur in Balneo Mariæ cum lentissimo igne, feces iterum super materiam distillatam fundantur, & iterum digerantur per octo dies. Sunt tamen aliqui qui non distillant per Alembicum, sed melius est, si per ipsum distilles. Et quum tribus vicibus distillatur, prima aqua, dicitur Aqua benedicta. Secunda, Aqua vitæ composita. Tertia verò Aqua Balsami. Aliqui etiam ad compositionem eius addunt foliorum salviæ, rutæ, castorei recentis, corticis citri, baccarum lauri, florum lavendulæ, florum rorismarini *ana drach. 3.* Hæc omnia debet distillari cum speciebus supra scriptis, & semper pro unâ parte specierum superfunde sex partes aquæ vitæ simplicis. Hæc ergo aqua vitæ est bona ad omnes ægri tudines capitis, procedentes ex humore phlegmatico, dum sumatur tempore matutino in pondete *drach. 2.* cum vini optimi *unc. 1.* Aliqui autem intingunt frustum panis in hanc aquam: Alii verò inungunt caput cum hujus aquæ *unc. semis*, addendo aquæ Bethonicæ *unc. 1.* Sed cave, ne utaris in ægri tudinibus & doloribus capitis, ex calore procedentibus, nisi alia medicina frigida admisceatur, quæ possit temperare caliditatem hujus aquæ. Valet etiam hæc aqua ad faciendum bonam memoriam, dum bibatur omni die stomacho jejunato *drachm. semis*, mixta cum aquâ Rorismarini, & debet cum eâ occiput illiniri, & exiccati de semetipso. Valet etiam ad maniam, dum capillos in capite tondas, deinde madefacies pannos in hac aquâ, mixta cum aquis majoranæ & rorismarini, & caput involues, & senties

Ad memoriam.

Mania.

ties mirabilem operationem. Valet etiam hæc Aqua vitæ composita ad paralyſim, dum membra ex eâ sæpiùs laventur, admixta aqua ſalviæ. *Paralyſis.* Vel quòd bibatur omni die ſtomacho jejuno, admixta aqua ſorum lavendulæ, & contra cicatrices & maculas faciei, & ad omnes ægitudines oculorum. *Facies.* Habet etiam mirabilem operationem in omni dolore dentium. Si etiam intingat ſeta vel peſtem in aquam prædictam, *Oculi.* & pili ornentur cum ipſo, nunquam vel tardiſſimè caneſcent. Et ſi ſit in capite ſcabies, totam depellit. *Dentes.* Valet etiam contra vermes aurium. *Pili.* Confortat ſtomachum inſtigidatum, & ipſum calefacit, ſi bibatur cum vino, & ſtomachus ex eâ illiniatur. *Vermes.* Surditatem aurium recuperat, ſi immittatur cum bombace. *Stomachus.* Vulnera ex eâ lavata mirabiliter convaleſcunt, & carnes putridas non ſinit creſcere. *Surditas.* Si bibatur ſtomacho jejuno, valet contra omne venenum, & contra cancerum, & omnes fiſtulas, contra hydropiſmum, & lapidem in veſica. Si etiam ſcœmina biberit hanc aquam ſtomacho jejuno, quæ non poſſit ex cauſa frigida concipere, ſtatim concipiet. *Venenum & cancer.* Si ſcœmina non poteſt habere menſtrum, detur ei de aqua prædicta cum galanga & gentiana, vel mædeſciat bombacem, & matricem cum eâ inungat. *Conceptionis Menſtruum.* Si etiam hæc aqua ponatur ſuper piſces, carnes, aut alia cibaria, non corrumpentur, neq; putreſcent, nec etiam à muſcis deſcædabuntur. *Cibaria.* Si vinum evaſerit acetolum, & de ſupràdicta aqua infundatur, in priſtinam redit ſubſtantiam & naturam. *Vinum acetolum.* Si zuccarum molle ex eâ mædeſciat, indureſcit. Si homo ex eâ illiniatur, valet

- Icteria.* contra Ictericam, & contra tremorem omnium membrorum, & cōtra foetorem oris & narium.
- Digestio.* Si homo non possit digerere cibum comestum, debet illinire pannum ex hāc aquā, & ponere suprà stomachum, quia mirabilem habet operationem.
- Spasmus.* Si homo patiatur spasmum, mādefaciat pannum, & super pectus ponat. Si aliquis habet dolorem iliorum, bibat de eā sēpius. Valet etiam contra morbum caducum, contra scrophulas faciei, & contra hæmorrhoidas. Albertus Magnus maximè laudat eam, propter miraculosas operationes, quas habet circa paralyfim.

CAPUT XLV.

*De Aqua Vita composita Friderici tertij
Imperatoris.*

R Ecipe aque vitæ simplicis reſtificatæ *libras 4.* vini malvatici *lib. 4.* cinnamomi electi *uncias 3.* garyophyllorum *unc. 1.* zinziberis albi *unc. 1.* *semis*, uncis muscatæ *unc. 1.* macis *unc. semis*, zedoariæ *unc. semis*, galangæ *drachm. 2.* cubebæ, hyſopi *ana unc. semis*, radicis benedictæ *unc. 1.* ſalviæ, florum lavendulæ *ana unc. semis*, meliſſæ, iris, baſamithæ *ana unc. 1.* roſarum albarum *unc. 1.* *semis*, hæc omnia contundantur, & ponantur in Cucurbitam magnā, ubi poſſint intrare quindecim vel ſedecim libræ, addendo zuccari albi *unc. 3.* paſſularum, ſiccum pinguium *ana unc. 6.* campohræ *unc. semis*, aquæ roſarum, aquæ endyviæ, aquæ florum ſambuci *ana libras duas*, ponantur omnia in

in Cucurbitam, ipsam optimè lutando, & ponantur ad Solem diebus viginti, scilicet decem diebus ante festum sancti Iohannis, & decem diebus post ejusdem festum. Coletur deinde aqua, & distilletur per Alembicum, reservando in aliquo loco sicco. Et cave ne mulier menstrua ipsam aquam attingat. Dosis eius est in quantitate mediæ cochlearis. Valet mirabiliter ad stomachum frigidum, & totum corpus optimè in sanitate conservat.

CAPUT XLVI.

De alia Aqua vite composita.

REcipe salvię *uncias duodecim*, nucis muscatę, garyophyllorum, zinziberis albi, granorum paradisi, cinnamomi *ana drach. 4.* olei laurini *unc. 1.* castorei recentis *drach. 1.* spicę indicę, toris marini *ana drach. semis*, florum toris marini *drach. 1.* foliorum rutę *unc. 1.* foliorum maioranę *drach. 1.* corticis *drach. 2.* hæc omnia debent esse recentia. Si verò non possint haberi recentia, vetera pulverisentur, superinfundendo de vino albo optimo, quod habere poteris. Deinde ponantur in digestivo, ad putrefiendum per mensem: Hæc digestio fiat in Balneo Marię calefacto in primo gradu caloris. Postea in Balneo Marię distillantur per Alembicum. Et quę fuerint distillata, iterum super feces fundantur. Tertiò verò distillentur per cineres, & optimè reserva in vitro benè clauso. Habet autem virtutes sequentes, Omnis cibus irrigatus ex eâ, saporem & odorem suum retinet. Vinum in

quo ponitur, facit saporosum, pestilentem aërem expellit, omnes ægritudines & defectus oculorum sanat, omnia vulnera ex eâ lavata curantur, hydropisum adurit. Valet etiam contra omnes dolores pulmonis, splenis, lienis, intestinorum, capitis, omnes maculas faciei tollit, foetorem oris, narium, dolorem dentium mitigat, bonam digestionem procurat, laxat, sanguinem corruptum egerit, & memoriam mirabiliter confortat. Facit etiam juvenescere, & omnem tristitiam aufert. Valet etiam contra icteritiam. Illa quoque nimium simul constricta relaxat, cuprum in colorem argenteum tingit, omnem tremorem membrorum curat, balbutiem tollit, dentes perforatos amovet, vermes ex ventre expellit. Si etiam homo ab aspidē vel serpente esset vulneratus, & vulnus esset saniosum citissime curatur, omnem strictionem peccoris aufert, gravem anhelitum expellit. Valet etiam mirabiliter contra lapidem in vesica, tussim abigit, vocem sonorat, sterilitatem Mulierum infœcunditatem convertit, surditatem aurium recuperat. Omnia apostemata, ulcera, scabiem, & cætera id genus alia dissolvit. *Lepra.* Lepram tollit, dum non sit inveterata, omnem tumorem gutturis & colli sanat. Et habet omnes virtutes Balsami naturalis, quia hominem mirabiliter in sanitate conservat. Qui autem calidæ sunt naturæ non debent ea uti, sed benè Phlegmatici.

CAPUT XLVII.

De alia Aqua Vera composita.

R Ecipe pulveris diamargariti frigidi, pulveris diambrae, pul. diamus. dulcis *ana drach.* 1. pulveris lætitiae gal. pul. diarhodon abb. pul. tria sandali *ana drach.* 2. pul. liberantis, pulveris electi, bezoardici *ana drach.* 4. Theriacæ magnæ Andromachi vel Galeni *unc.* 1. Mithridati optimi *unc.* 1. tormentillæ, diptami, pimpinellæ, matricariæ, angelicæ, aristologiæ *ana drach.* 4. boli armeni præparati, terræ sigillatæ *ana unc.* 1. ravedseni *drachm.* 2. spodii, rasuræ eboris *ana drach.* 1. uncis vomicæ numero 3. aquæ vitæ rectificatæ *lib.* 6. Ponantur omnia ad digerendum per dies octo, postea distillentur in Balneo Mariæ per Alembicum cum igne valido. Quum autem aqua fuerit distillata, imponatur Musci Alexandrini recentis, ambrae bonæ *ana Scrup.* 1. Croci orientalis, in panno serico involuti, sed non debet teri *drachm.* 2. zuccari albi *libram semis*, syrupi sticados *unc.* 4. syrupi liquiritiæ *unc.* 2. cassiæ fistulæ recentis, noviter à canna extractæ *unc. semis*, unicorni *Scrup.* 1. Bolus autem armenus debet ita præparari. Recipe ipsum pulverisatum, & impasta cum aquis acetosæ, rosarum ac lanaceti *ana partes duas*, aquæ scabiosæ, aquæ pimpinellæ, aquæ ungulæ caballinæ *ana partem 1.* misceantur simul, fiat pasta cum bolo armeno, & exiccetur, deinde teratur, & cum aquis prædictis iterum impastetur, & hoc fiat tribus vicibus, terendo, & iterum impastando, & sic habebis bolum

H 4

arme-

Contra pe-
stem.

armenum præparatum. Hæc aqua mirabilissi-
mam operationem habet contra pestem (sicut
in multis est expertum) si detur cum aquâ sca-
biosæ, aquâ acetosæ, aquâ ungulæ caballinæ.
Habet etiam maximam vim ad curandum o-
mnes dolores capitis, laterû, & renum, qui pro-
cedunt ex aliquâ corruptione sanguinis, purifi-
cat etiam pulmonem, cor confortat, & ab eâ
omne venenum expellit, juvenes tamen, qui
quadragessimum annum nondum excesserint,
non debent uti hâc aquâ sæpius, sed rarissimè,
propter nimiam caliditatem ipsius.

CAPUT. XLVIII.

De alia Aqua Vita composita.

R Ecipe Aquæ vitæ ter distillatæ *lib. 4.* cinna-
momi electi, zinziberis albi, nucis musca-
tæ *ana drachm. 4.* duos ducatos auri finissimi,
omnia imponantur in vas stanneum, undique
benè clausum, per dies quatuordecim.

Posteâ distilletur tribus vicibus per Alembi-
cum in Balneo, & usui reservetur. Valet hæc
aqua ad omnes infirmitates mitigandas, dum
patiens eo utatur omni mane, & omni sero, se-
nem facit juvenescere. Habet quoq; alias virtu-
tes innumerabiles, ideòq; maximè à Medicis
æstimatur.

CAPUT. XLIX.

De alia Aqua Vita composita.

R Ecipe Aquæ vitæ simplicis semel distillatæ
lib. 4. garyophyllorum, zinziberis albi, ro-
risma-

risimarini *ana unc. semis*. Species hæc debent pulverisari grosso modo, ponantur postea in ipsâ aquâ ad putrefiendum in fimo equino, per dies octo in digestivo undiq; benè lutato. Postea distilletur per Alembicum in Balneo Mariæ. Quo facto iterum super feces fundatur, & secundariè distilletur, & tertio quoq; fermentetur & distilletur modis & formis suprâdictis, & erit præparata. Hæc aqua valet ad omnes defectus hominis, & dolores præcedentes ex frigidityte. Valet etiam contra omnes dolores pectoris, ventris, & stomachi. Et si homo pinguis velit libenter macrescere, omni die stomacho jejuno de hæc aquâ fumet. Si verò homo macer velit impinguescere, omni die hanc capiat cum zuccaro immixto, & duobus mensibus peractis, videbis operationem eius.

CAPUT. L.

*De alia Aqua Sita composita, quâ utebatur
quidam Comes Palatinus.*

R Ecipe salviæ recentis *unc. i. semis*; nucis muscatæ *unc. i. semis*; macis electi *unc. i.* zinziberis albi *unc. i. semis*; granorum paradisi *drach. 6.* cinnamomi electi *unc. i. semis*; zedoariæ, galangæ *ana unc. semis*; camphoræ, ravedseni *ana drach. 2.* Rorisimarini *unc. i. semis*; lavendulæ, maioranæ, rutæ *ana unc. i.* florum camomillæ *unc. semis*; matricariæ *drach. 2.* seminis feniculi *unc. i. semis*; rosarum rubearum *Manipul. i.* bethonicæ *unc. i.* abrotani *drach. 4.* castoris recentis *drach. i.* spicæ indicæ *drach. 2.* macropiperis

H. 5, *unc.*

unc. 1. olei lauri drach. 2. Aquæ vitæ unc. 1. semis, mentæ & mentastri ana drach. 2. Omnia pulverisanda pulverisentur, & secanda debent secari, & contundenda contundi, ponantur omnia in Cucurbitam cum collo stricto. Postea super infunde melioris vini quod habere poteris libras octo, in vitro optimè clauso, sepeliatur circiter terram per dies triginta, deinde amoveatur, & ponatur in aliam Cucurbitam, super imposto Alembico rostrato, & distilletur in Balneo Mariæ tribus vicibus, semper materiam distillatam super feces fundendo. Quartò verò quum volueris distillare, adde folia salviæ recentis quantum vis, & quum fuerit distillata, usui reservetur, & quantò vetustior est, tantò est melior, & poteris ea uti, quando volueris, quia innumerabiles habet virtutes.

CAPUT. LI.

De alia preciosa Aqua Vita composita.

R Ecipe salviæ *libram semis*, origani, Ysopi, satureiæ, radiceis pimpinellæ, radiceis valerianæ, absinthii *ana drach. 2.* rutæ, radiceis bistortæ, radiceis petroselinii *ana unc. 1. semis*, zuccari rosati *drach. 4.* radiceis benedictæ, radiceis polipodii, radiceis tormentillæ *ana drach. semis*, toris-marini, petroselinii, cerisfolii, lavendulæ, majoranæ *ana unc. semis*, rosarum rubearum, rosarum albarum *ana unc. 1. semis*, granorum juniperi *drach. 4.* hæ species debent poni in primâ distillatione, post autem distillationem primam, materia

teria distillata iterum super feces fundatur, addendo sequentiâ. Recipe zinziberis albi, corticis citri, nucis muscatæ, macis, galangæ, calami aromatici, coriandri præparati, zuccari candidi *ana unc semis*, garyophyllorum, cinnamomi electi *ana drach. 6.* cubebarum recentium, cardamomi minoris, macropiperis, malanopiperis, zedoariæ, baccarum lauri, tyriacæ magnæ Andromachi *ana drach 2.* cimini, carui, diptami albi, reupontici, malorum granatorum *ana drach. 2.* anisi *unc. 1. semis*, granorum paradisi, croci orientalis, ravedseni *ana drach. 1.* mellis optimi *libram semis*. Et quum omnia fuerint distillata, imponantur sequentia, & iterum colentur absq; ulla distillatione, quia omnem vim amitterent, & sunt hæc. Musci Alexandrini recentis, ambre bonæ *ana Scrup. semis*, camphoræ *drach. semis*, zuccari albi *unc. 1.* Hæc aqua debet ita distillari: Recipe libras duodecim Aquæ vitæ rectificatæ, in quâ imponantur radices & herbæ quæ sunt substantiæ grossæ, & ponantur in vitrum optimè clausum, digerantur infimo equino per dies quatuor, postea distillentur in Balneo Mariæ, addendo post hanc distillationem species ruditer pulverisatas, & ita dimittas stare per dies octo, deinde iterum distilletur. Vltimò verò quum omnia fuerint distillata, impones Muscum, Ambram, Camphoram, Zuccarum, quæ nullâ distillatione egent, quia odor ab ipsis tolleretur per distillationem. Et nota, quòd in omni distillatione Alembicus undique cum panno madefacto ex farinâ & albumine ovorum debet involvi, alioqui materia

distillanda evaporaret. Debet autem sumi hoc modo: Quinque vult ea uti, vel matutino tempore, vel serotino, in potu vel cibo, accipiat parum de mica panis, & superfundat tres vel quatuor guttas aquæ prædictæ, & mirabiliter confortabit cerebrum. Omnes etiam ægitudines capitis & totius corporis citissimè tollet. Aufert etiam omnes superfluitates totius corporis, sive ex frigidityte procedant, sive ex calore. Omnia membra totius corporis optimè conservat. Iuvenes qui nondum trigessimum annum excesserint, rarò debent ea uti, nisi sint in aliquâ infirmitate constituti. Qui verò sunt trigesimarii, possunt ea uti omni die, & quantò magis homo est senex, tantò magis eâ utatur, quia omnem virtutem naturalem mirabiliter confortat, ita etiam ut homo cum iusto vitæ regimine possit pervenire ad terminum sibi prædestinatum. Nam habet virtutem & efficaciam omnium aliarum Medicinarum, & poteris ea uti, omni pastu, sumendo quatuor vel sex guttas in alio vino. Hæc est vera Aqua vitæ, quæ habet odorem, saporemq; excellentiorem omnibus aliis. Est enim certissimum ex probatione multorum doctorum Esculapiæ artis, solo odore huius aquæ, hominē ab aëre polluto non posse infici. Ideòq; cōsulunt, tempore pestifero debere sumi omni die, antequàm quis egrediatur domum. Nulla est enim Medicina, quæ calorem naturalem magis sustentet, quàm hæc aqua vitæ. Habet quippe proprietatem cum ipsâ naturâ, ideòque in sanguinem vel calorem naturalem convertitur. Et quacunq; die aliquis utatur ea, securus est.

est, eâ die non posse habere paralytim, pestem, vel morbum gallicum. Optimam virtutem habet confortandi cerebrum, calviciem capitis expellit. Si quoque aliquis haberet caput immundum ex scabie, vel aliâ impuritate, cû dictâ aquâ debet inungi. Valet etiam contra omnem fluxum cerebri, & contra syncopim. Omnia apostemata sanat, dum pannus ex eâ madefiat, & super imponatur. Epilepsiam curat, dum bombacem in eâ intinctum, in nares mittas, & pulsum cum eâ inungas, tremorē omnium membrorum tollit, juventutem cōservat, faciem purificat, omnes rugas expellit, omnes deniq; maculas faciei aufert, obscuritatem visus clarificat, oculos stillantes curat, dum ex eâ illiniantur. Si quoq; super oculos imponatur, omnes ægitudines eorum sanat, & quum tempora ex eâ illinieris, omnes malos humores expellit. Si autem imponas in ipsam de succo Chelidoniæ, vel de succo Rutæ, omni oculorum tenebrositati opitulatur, dum duas aut tres guttas in oculum imponas, Vermes aurium interimit, tinnitum aurium ex frigore procedentem sanat, & omnem surditatem tollit, dolorem dentium mitigat, Si etiam aliquis ea utatur cum succo solatri, & pulvere lapidis Emathitis, curat omne sputum sanguinis. Paralytim curat, si ex eâ tempora illinieris, & super linguam imposueris. Tollit etiam balbutiem omnem, dando omni hebdomada duabus aut trib. vicibus de pillulis foetidis. Sunt namq; multi experti Medici, qui censent, ipsam ferre optimam opem mutis, si Thyriaca ei admisceatur, & per annum integrū detur patienti,

Ad Vermes aurium.

sumendo tamen alias medicinas , ad hoc accommodatas : Quicumque etiam ex eâ fuerit illinitus, nullorum intestinorum dolorem percipiet, calorem naturalem fovet, sanguinem mundificat, omnes quoque opilationes pectoris adimit, spleni, pulmôni, lieni ac renibus mirum in modum confert : Omnes quoq; vias totius corporis humani abstrusas reserat, si bibatur, & aliquis se ex eâ unxerit : Valet etiam contra omnes dolores stomachi, præcipuè contra ipsum phlegma in ipso inveteratum : Tollit quoque rabiem, quæ fit in lateribus & ventre ex frigore. Omne apostema curat, hydropicos sanat, hemorrhoidas expellit, dum loca ipsa ex eo ungantur. Quicumq; vult à Podagra vel Chyagra curari, primò optimè debet purgari, Postea bibat de hâc aquâ & loca podagrosa vel chyragrosa ex eâ madefaciat. Est etiam summa & præstantissima Medicina ad omnes defectus humani corporis ex humore vel frigiditate provenientes. Habet quoq; ad omnia membra corporis divinam operationem, quia est Medicina Medicinarum.

*Podagra
vel Chy-
agra,*

CAPUT. LII.

De alia Aqua Vita composita bona.

Recipe Therebyntinæ depuratæ *unc. duo. decim*, lavetur optimè cum vino albo, accipe deinde mellis etiam depurati cum vino albo, *lib. 3.* misceantur optimè in simul, Postea adde Aquæ vitæ optimè rectificatæ *lib. 4.* ponantur

nantur in Cucurbitam. Postea accipe herbas infra scriptas optimè scissas , imponantur ad prædicta per octo dies , optimè claudendo vitrum, ne evaporet, postea distillabis cum maximâ diligentia in cineribus : Sunt autem hæc herbæ, Buglossæ, Boraginis, Melissæ, Salviæ, Lavendulæ *ana Manipul. 1.* Ysopi, Florum camomillæ, cardî benedicti *ana Manipul. semis.* Rorismarini *Manipul. 2.* Arthemisiæ *Manipul. semis.* Et quando fuerint distillata, addes hæc sequentia optimè pulverisata, & ponantur ad digerendum infimo equino per dies octo, aut in Balneo per dies tres. Et sunt hæc, quæ debent addi : Ligni aloes, Xilobalsami, Sandalorum trium, Calami aromatici, Sticados arabici, Seminis citri, Sileris montani, cimini *ana drachm. 1.* Macis, Nucis Muscatæ, Cinnamomi electi, Garyophyllorum, Galangæ, Cubebarum recentium, Zinziberis albi, Macropiperis, Croci orientalis, Granorum paradisi, Cardamomi minoris *ana drachm. 3.* Squinanti *drachm. semis,* Coriandri præparati, Granorum juniperi, Baccarum lauri, Iris florentiæ *ana unc. semis,* Bistortæ *drachm. 6.* Catapuciæ, Seminis feniculi *ana unc. 2.* Liquiriciæ, Visci quercini, Seminis anisi *ana unc. 1.* Amygdalarum mundatarum, passularum recentium *ana lib. 1.* Accipiat vitrum seu distillatorium, in quo est materia, & ponatur in cineres optimè lutando, fiat lentus ignis per horas quatuor. Quùmque videris, nullam aquam claram egredi in Receptaculū, ignis debet augmentari, & aliud

& aliud Receptaculum anteponi, semper omnia optimè lutando, & tam diu distilletur, donec exeat Aqua citrina, quæ debet segregatim custodiri. Tertiò verò quando videbis distillari Oleum nigrum, iterum anteponas aliud Receptaculum, & in hoc oleum recipiatur, donec sit totum distillatum, & in alio vitro custodies. Aqua verò prima debet ita præparari, imponendo in ipsam Musci Alexandrini recentis, Ambræ bonæ ana drach. i. Foliorum auri *Scrup. x.* Sunt etiam aliqui, qui addunt plurimum dianisi *unc. x.* Quicumq; ergò voluerit omnia membra sua confortare, accipiat vini malvatici *unc. x.* addendo cochlear plenū aquā primā, misceantur simul donec albescant sicut lac, deinde bibatur stomacho jejuno, abstinendo duabus horis integris à cibo post sumptionem potus, & confortabit mirabiliter totum corpus. Si verò velis ea uti pro dolore capitis, accipias unum cochlear plenum aqua prædicta, cum aquæ Bethonicae *unc. x.* Ad pulmonem valet, si accipiat cum aquâ mori, vel aquâ Salvix, & hoc tempore hyemis. In æstate verò accipe aquæ Endyviæ *unc. x.* cochleari, de aquâ prædictâ. Ad pectus, & ad tussim frigidam, procedentem etiam ex catarrho: accipe aquæ Ysopi, vel Boraginis, vel Feniculi *unc. x.* misceatur cum aquâ prædictâ. Ad cor: habeas aquæ Buglossæ, vel Boraginis *unc. semis,* & totidem de prædictâ aquâ, & tantundem etiam de aquâ Melissæ, misceantur insimul, & bibantur stomacho jejuno. Ad stomachum: accipiat aquæ absinthii vel mentæ *unc. x.* cum aquæ bonæ cochleari uno, & sumatur ut suprà.

Ad.

Ad pulmonem,
pectus,
tussim, &
cor,

Stomachus.

Ad pulmonē accipiat^r aqua Pastinacæ vel Porypodii, cum aquâ suprà dictâ, & utatur ut suprà.

Ad splenē: recipe aquam Buglossæ, vel aquam Tamarisci, cum aquâ ut suprà. Ad vertiginem capitis, & ad paralyſim: recipe aquam Peoniæ, de herba, vel radice herbæ perforatæ aquam, cum aquâ ut suprà. Ad lapidem in vesicâ, accipiat^r

Splen.

Vertigo.

Paralyſis.

Lap.^{id}

tur aqua Pastinacæ vel Raphani in quantitate ꝯnc. j. & duo cochlearia de aqua suprà dictâ. Ad

Stranguria.

stranguriam: accipe aquam Nasturcii vel Petroselini, & Saxifragiæ in quantitate ꝯnc. j. cum cochleari pleno aquæ suprà scriptæ. Ad nimia

Menstruū

menstrua: recipe aquæ Plantaginis vel aquæ Solatri, bibatur manē & serò, cum uno cochleari aquæ prædictæ. Ad menstrua evocanda,

accipiat^r aquæ Artemisiæ, vel Seminis eius ꝯnc. j. & aquæ suprà dictæ cochlear unum, bibat eo tempore quo debet habere menstruum.

Pericula
Matricis.

Ad pericula mulierum ex obstetricibus pervenientia, vel ex frigore, ut parere non possint: accipiat^r

aquæ Valerianæ, vel Bethonicæ, vel Rosarum sylvestrium ꝯnc. j. & aquæ prædictæ cochlear unum, & bibatur matutino tempore, stomacho jejuno.

Matrix.

Ad matricem, accipe aquæ matricariæ ꝯnc. j. aquæ prædictæ ꝯnc. semis, bibatur ut suprà.

Oculi.

Ad oculos: recipe aquæ Feniculi, aquæ Eufasiæ an. ꝯnc. semis, aquæ prædictæ drach. j. bibatur ut suprà.

Macula
Faciei.

Ad maculas faciei: recipe aquæ Florum fabarum, vel aquæ Pimpinellæ ꝯnc. j. Aquæ primæ ꝯnc. semis, misceantur,

& matutino & serotino tempore faciē cum his lavet, & omni hebdomada bibat de eâ, cum

aquâ Endyviæ, duabus vel tribus vicibus. Secunda

cunda verò Aqua est Citrina, & tertia, quæ est sicut oleum nigrum, optimè valet ad fistulas, & alias plagas, & habetur loco Balsami.

CAPUT LIII.

De alia Aqua Vita composita.

R Ecipe mellis optimi *libram unam*, Aquæ vitæ distillatæ, quater *lib. j. semis*. Ligni aloes *drach. iij.* Gummi Arabici *drach. ij.* nucis muscatæ, galangæ, cubebæ recentium, cinnamomi electi, macis, garyophyllorum, spicæ nardi *ana drach. iij.* musci Alexandrini recentis, ambre bonæ, *ana scrup. j.* Omnia pulverisentur grosso modo, ponendo omnia in Cucurbitam vitream ad digerendum in fimo equino per dies octo. Postea distillantur in Balneo Mariæ, cum lento igne, & sic eriam habebis optimam aquam vitæ compositam, ad multas ægri tudines excellentem.

CAPUT LIIII.

De alia Aqua Vita composita.

R Ecipe Garyophyllorum, Macropiperis, granorum paradisi *ana drach. ij.* nucis muscatæ, *drach. ij.* macis, *unc. j.* Cinnamomi electi, zinziberis albi, galangæ, *ana drach. iij.* florum lavendulæ, Basiliconis, *ana unc. j.* Salvie, *unc. semis*, florum Rorismarini, Mentæ, Polipodii, Ysopi, *ana drach. ij.* Balsamitæ, *unc. j.* Ligni aloes, *unc. j. semis*, musci Alexandrini recentis, *scrup. j. semis*. Hæ herbæ debent exiccari, Postea super infun-

Infundantur sedecim libræ aquæ vitæ benè re-
tificatæ, digerantur in fimo equino per dies
quatuordecim, postea per Alembicum distillen-
tur in Balneo Mariæ, & in phiala benè clausa
optimè custodiantur.

CAPUT LV.

*De alia Aqua Vita composita, qua valet ad
Paralyfim & Vertiginem Capitis.*

R Ecipe Salviæ recentis, *Unc. ix.* florum la-
vendulæ, *Unc. iiij.* Ysopi, mentæ, ana Manip.
ij. Garyophyllorū, nucis muscatæ, cinnamomi
electi, zinziberis albi, granorum paradisi, ze-
doariæ, galangæ ana *Unc. semis*, calami aroma-
tici, *Unc. j.* granorum juniperi, *Unc. j.* granorum
peonix, *Unc. semis*. vini albi optimi, *libras octo*,
digerantur in fimo equino per dies octo, vel in
Balneo Mariæ per dies quatuor. Postea distille-
tur per Alembicum, & usui reservetur in vitre
optimè clauso. quia habet mirabilem operatio-
nem contrà omnem Paralyfim & vertiginem
Capitis.

CAPUT LVI.

*De alia Aqua Vita composita valdè
pretiosa.*

A Liqui nostrorum Medicorum Germano-
rum fecerunt prænobilem & excellen-
tem Aquam vitæ, in quâ multas operationes
egregiâs experti sunt ad confortandum, & ab
ægritudinibus præservandum totum cor-
pus humanum, præcipuè Caput, Cerebrum,
& alia

& alia interiora capitis mala, ex humiditate & frigiditate procedentia, resolvenda & expellenda, & ad exhilarandum instrumenta animæ, & quinque sensuum. Confortat etiam mirabiliter quatuor membra principaliora, unâ cum renibus, & omnibus intestinis. Procurat quoque optimam digestionem in stomacho, & dat mirabilem virtutem omnibus membris exterioribus, ex solo odore, dum accipiatur una pars huius aquæ, & duæ partes aquarum Salvix, Lavendulæ, Rorismarini *ana*, misceantur simul & madesiat spongia, cum quâ tempore matutino & serotino membra ungantur, & semetipsis siccentur. Aut si etiam tres vel quatuor guttas in cyathum plenum vino ponas, & bibatur ante

Ad caput ingressum Prandii vel Cœnæ. Valet etiam ad

confortandum caput: Recipe ergo huius aquæ vitæ compositæ *drach. j.* cum aquâ Bethonicæ *Unc. semis*, bibatur omni manè & serò, vel intinge panem in ipsam aquam, & omni die stomacho ieiuno edatur tribus horis ante prandium.

*Cerebrũ.
Memoria
Pectus.*

Ad cerebrum & memoriam: Recipe huius aquæ *drach. j.* aquarũ Rorismarini, Maioranæ *ana Unc.*

semis, utatur modo prædicto. *Ad Pectus*: Recipe huius aquæ *drach. j.* aquæ Ylõpi & Capillorum Veneris *an. drach. ij.* utatur modo prædicto.

Cor.

Ad Cor: Recipe huius aquæ *drach. j.* aquæ Boraginis & Buglossæ *an. drach. ij.* utatur modo prædicto. *Ad stomachum*: Recipe aquæ huius

Stomachus.

drach. j. aquæ Absinthij, & mentæ *an. drach. ij.* utatur modo prædicto. *Ad pulmonem*: Recipe

Pulmo.

aquæ huius *drach. j.* addendo aquæ Ciceoræ & Tanacetii aquæ *an. drach. ij.* utatur modo prædicto.

prædicto. *Ad splenem*: Recipe huius aquæ *Splen. drach. j.* aquæ Thamaricæ & Scolopendriæ *an. ꝑnc. ij.* utatur formâ & modo prædicto. Si verò velis ea uti ad omnia membra corporis confortanda, utaris huius aquæ parte *j.* cum vini partibus *iiij.* Aqua autem debet fieri hoc modo: Recipe pulveris Diamargariti frigidi, pulveris diarhodon Abbatis, secundum Nicolaum, pulveris Diambrae, secundum Mesue, Dianthos secundum Nicolaum, pulveris lætitiae Galeni *an. drach. ij.* Cassiæ fistulæ recentis, noviter à canna extractæ, zuccari candidi *an. ꝑnc. semis*, Syr. deliquiritia *ꝑnc. j.* Syrupi sticados *ꝑnc. semis*, florum Rorismarini *drach. j.* musci Alexandrini *scrup. j.* Super his speciebus fundantur libræ duæ aquæ vitæ simplicis, optimè rectificatæ per ternam distillationem in Balneo Mariæ. Postea iterum distillerur in Balneo Mariæ per Alembicum cum lentissimo igne, ita ut numeres unum, duo, tria, utque ad septem, antequam unâ guttâ distilletur, & muscus debet ligari in panno serico rubeo, & suspendatur ad phialam ubi est prædicta Aqua vitæ distillata, & non debet extrahi, donec aqua duret. Sunt tamen aliqui, qui putrefaciunt cum speciebus prædictis aquæ Buglossæ *libram ꝑnam*, aquæ melissæ *lib. semis*, aquæ Basiliconis *ꝑnc. iiij.* aquæ Rorismarini *ꝑnc. ij.* & postea distillant in Balneo Mariæ.


CAPUT LVII.

*De alia Aqua Vita composita, omnium
aliarum preciosissima.*

VT ergò bonum finem operi nostri imponamus, rarissimam secretissimamque aquam vitæ declarabimus, quæ est quodammodo cœlestis operationis, & fit hoc modo: Recipe salviæ recentis cum floribus suis, Rosmarini, darzeni, zinziberis albi, garyophyllorû, nucis muscatæ, granorû paradyssi, galangæ, calami aromatici, macropiperis, zedoariæ, *ana unc. semis*, macis cardamomi junioris, cubearum recentium, foliorum rutæ, foliorum maioranæ, florû lavendulæ, rosarum rubearû, *ana drach. ij.* tyriacæ Galē. vel Andromachi, mithridati optimi, *ana drach. j. semis*, olei laurini, corticis citri, florum Buglossæ, florum Boraginis, florum rosmarini, ostrucii angelicæ, reupontici, granorû juniperi, mentastri, mentę, matricariæ, *an. dra. j. sem.* castorei recentis, verbenæ cum floribus suis, bethonicæ, ligni aloes, xylo Balsami, carpobalsami, spicæ Indicæ, visci quercini, granorû peoniæ, *ana drach. j.* rauesdeni, camphoræ, seminis uvæ demonis, radicis peoniæ, polii cum floribus suis, seminis basiliconis, seminis feniculi, detronici K. Croci orientalis, *ana drach. semis*, ambræ bonæ, musci Alexandrini recentis, *ana scrup. sem.* aquæ vitæ ad minus septem vicibus distillatæ. *lib. x.* Omnia sequentia debent poni cum aquâ vitæ ad digerendum in Balneo Mariæ, per dies quatuor, & totidem noctes. Salyia, Rosmarinum, ruta,

ruta, maiorana, lavendula, rosæ, mithridatum, tyriaca, oleum laurinum, Buglossa, Borago, ostrucium, angelica, reuponticum, grana juniperi, mentastrum, menta, matricaria, verbenæ, bethonica, polium, castoreum. Et quum fuerint putrefacta, distillantur in cinere per Alembicum igne lento, ita ut possis numerare unum, duo, tria, antequam gutta distillet. Quum verò omnia fuerint distillata, impone cinnamomum, gailyophyllos, macem, nucem muscatam, grana paradisi, galangam, calamum aromaticum, piper longum, zedoariam, cubebas, cardamomum, lignum aloes, cortices citri, carpobalsamum, xylobalsamum, spicam nardi, viscum quercinum, radicem peoniæ, & grana ipsius, coriandrum præparatum, semen basiliconis, semen uvæ dæmonis, deronicum K. Hæc omnia debent pulverisari grosso modo, ponantur in aquâ distillatâ, & insimul digerantur per dies quatuordecim, postea iterum distillantur in Balneo Mariæ per Alembicum, postea addas camphoram, reubarbarum, crocum, ambram & muscum. Si autem vellis habere aquam adhuc meliorem, addes pulveris diamargariti secundum Nicolaum diapliris cum musco secundum Nicolaum diarhodon abbatis, diamusci secundum Mesue, pulveris diambriæ *ana drachm. 1.* pulveris electuarii cum gemmis, pulveris lætitia Galeni, pulveris di ligni aloes *ana drachm. semis*, addes quindecim aut viginti ducatos optimi auri, cum zucari albi *libra semis*, & sint tribus diebus in Balneo Mariæ, ita ut aqua Balnei sit tepida, postea distilletur per Filtrum in vitris retortis, Et unum vitrum

vitrum debet stare altiùs quàm aliud. Scindantur parvæ formulæ de Filtro & impendantur,



& per ipsas materia distilletur, vitris optimè lutatis ut nihil ex eis possit evaporare, Et hæc distillatio est excellentissima inter omnes alias. Sunt aliqui Medicorum, volentes confortare stomachum, fecerunt fieri aquam viridem, quâ utebantur cum aquâ suprascriptâ, aut cum clareto sequenti, sicut fecerat quidam Comes Palatinus. Aqua autem viridis fit hoc modo: Recipe aquæ vitæ quater distillatæ per Alembicum in Balneo Mariæ *lib. iij.* melissæ exiccatae *unc. iij.* Balsamitæ *unc. ij.* fundatur aqua vitæ super herbis prædictis, & debent ita omnia requiescere per dies octo deindè ea utere, Et nota, quòd herbæ nō debent exiccari in Sole, sed ad aërem, quia si in Sole exiccarentur, aqua deveniret obscura, sicut si esset succus alicuius herbæ. Sed si herbę ad aërem exiccantur, habet colorem viridem pulcherrimum, & est amœnissima bibendi. Fit autem claretum hoc modo: Recipe

Vini

vini albi optimi *lib. 4.* zuccari albi duri *unc. 4.*
 cinnamomi electi *unc. 1.* coriandri præparati
drach. 3. garyophyllorum *drachm. 2* granorum
 paradisi, zinziberis albi *ana drach. 1.* *semis*, ma-
 cropiperis *scrup. 2.* zedeariæ *drach. semis*, Omnia
 conterantur subtilissimè, & in pulverem redi-
 gantur, postea debet colari, sicut fit apud Gal-
 los, in vino aromatizzato, quod Gallicè dicitur
 Hippocras. Reservetur in vase stanneo, & cum
 aquâ præcedenti ac aliquibus solet sumi. Virtu-
 tes autem aquæ prædictæ sunt hæc. Valet ad me-
 moriam, si bibatur omni die *unc. semis*, mixta
 cum aquæ rorismarini *unc. semis*, aquæ majora-
 næ, aquæ melissæ *ana drach. 2.* Ad maniam, vel
 etiam dolorem cerebri, ex frigore procedentem.
 Accipe de hac aquâ *unc. semis*, aquæ Bethoni-
 cæ, aquæ polii *ana drach. 2.* misceantur simul,
 & madefac linteum circumvolvendo caput, Vel
 bibat omni die hujus aquæ *drach. 2.* aquæ Be-
 thonicæ *drach. 4.* Accipiantur etiam pillulæ au-
 reæ, & cochæ *ana scrup. 1.* fiant pillulæ cum
 aquâ Bethonicæ, cape in numero 5. & sume o-
 mni die, quum vadis dormitum, vel etiam quã-
 do surgis, dianthos in tabulis *drach. 1.* *Ad Ver-*
tiginem capitis: Recipe hujus aquæ *unc. semis*,
 aquarum lavendulæ, salviæ *ana drach. 3.* & lu-
 mat omni die stomacho jejuno diaphanis cum
 musco secundum Nicolaum. *Ad calviciem:* Re-
 cipe aquæ lilii albi, barkæ Aaronis *ana drach.*
semis, hujus aquæ *unc. semis*, vel *drach. 6.* ad-
 dendo olei tartari *drach. 1.* Ad mundificandam
 & dealbandam faciem. Accipe aquæ florum fa-
 barum partem unam, aquæ prædictæ partes duas,

Hippo-
cras.Ad me-
moriam.Ad ma-
niam.Ad verte-
ginem ca-
pitis.Ad Cal-
viciem.Ad Mun-
dificandã
& deal-
bandam
faciem.

I

miscean-

misceantur simul, & omni die lavabis semel faciem. Potes etiam omni die sumere de aqua prædicta partem unam, & de vino optimo partes duas, bibatur stomacho jejuno, & valebit ad idem.

Ad surditatem.

Ad surditatem: Omni manè & serò de hac aquâ impones ad aures, inde quartam partem horæ cubabis, & requiesces super eandem aurem, ut iterum egrediatur, Vel recipe huius aquæ vini optimi ana partes æquales, somatur omni die stomacho jejuno.

Ad vermes aurium.

Ad Vermes aurium: Accipe de aquâ prædictâ *unc. semis*, succi rutæ, succi foliorum persici *ana drachm. 2.* Si autem non possis habere succos, accipies aquam ab eis distillatam, addendo modicum de aloë epatico, subtilissimè trito & pulverisato, de his omni manè & serò parum in ipsam aurem distillabis, jacendo super aliud latus, & post modicum temporis jacebis super latus, ubi sunt vermes, & statim exhibunt & morientur.

Ad Ophthalmiā.

Ad Ophthalmiā: Recipe aquæ prædictæ *unc. semis*, aquæ feniculi, aquæ polii, aquæ valerianæ *ana drach. 1.* imponantur ad oculos.

Ad tumorem gingivarum.

Ad tumorem gingivarum: Recipe vini albi *unc. 9.* piretri *unc. 1.* coquantur simul, & de hoc cape partem unam, & de aqua prædictâ partem unam, deinde teneas hæc mixta in ore, & sæpiùs recentem accipias hoc fac toties, donec convalescas.

Ad factorem oris vel narium.

Ad factorem oris vel narium: detur omni die *unc. semis*, cum vini albi, in quo sint bullitæ menta, & rosæ rubæ *unc. 1.* addendo parum musci. Aliquitamen accipiunt aquæ prædictæ *unc. 2.* aquarum rosis marini, & rosarum rubearum *ana unc. semis*, misceantur simul, & impendatur muscus in panno serico, &

ambra

ambra bona, *ana gran. 6.* & gingivas cum illo panno serico impendente in aquâ sæpius laves, cottidie saltem semel aut iterum. Potes etiam bibere de aquâ prædictâ omni mense *drach. 2.*

Ad Epilepsiam bibatur omni die *unc. semis*, cum aquæ peoniæ *unc. 1.* Aliqui verò ita faciunt: *Ad epilepsiam.*

Recipiunt radicem & grana peoniæ, visci quer-
cini ana partes æquales, bulliunt in vino albo optimo, & datur patienti cum aquâ prædictâ.

Ad paralytim debent membra sæpius illiniti cū aquâ prædictâ: Et de hac aquâ bibatur omni die *Ad paralytim.*
tempore matutino *unc. 1.* vespere autem su-

mes diacastoreum, cum vino albo, in quo co-
quantur lavendulæ, salviæ granorum Juniperi
ana Manspul. 1. super infundendo de vino opti-

mo *lib. 4.* *Ad loquelam amissam:* Recipe de aquâ
supradictâ *unc. semis*, aquarum lavendulæ, peo-
niæ salviæ *ana drach. 2.* bibatur & recipiatur mi-
thridati *drach. 1.* cum vino, in quo bullierit ca-
storeum. *Ad loquelam amissam.*

Ad melancholiam: Recipe de aquâ præ-
dictâ *unc. semis*, cum aquæ Buglossæ *uncia 1.*
aquæ Basiliconis, aquæ melissæ *ana drachm. 2.*
aquæ scolopendriæ, Boraginis *ana drachm. 1.*

miscantur insimul, & bibatur tribus horis an-
te prandium. Sume etiam tabulam unam con-
fectionis lætitix Galeni, vel lætificantis Alman-

foris. *Ad putrefactionem Epatis:* Recipe de
hac aquâ *unciam semis*, cum aquâ epaticæ,
& bibatur omni sero *unc. 1.* vel *unc. 1. semis*, &
tempore matutino duabus aut tribus horis an-
te prandium sumatur diarhodon abb. secundū
Nicolaum. *Ad putrefactionem Epatis.*

Ad Hydropisim: Recipe de aquâ
prædictâ partem unam, aquæ florum Sambuci
*Hydro-
pisim.*

I 2

partes.

partes duas, aquæ feniculi partes tres, misceantur simul, & omni vice bibes *unc. semis*. Vespere autem cum volueris cubitum ire, sumatur tyriacæ magnæ Galeni, *drachm. 1.* in vino, cum quo bullierint petroselinum, feniculum, apium, radices capillorum veneris ana pars una, vini partes decem, bulliantur usque ad consumptionem tertiæ partis. Et de tribus in tres dies detur Hydropico duab. vel tribus horis antè prandium dialacæ secundum Mesue *drach. 2.* Caveat ægrotans à potationibus supervacuis, quia in hoc morbo, quantò minus homo bibit, tantò plus mingit, *Et contra ad Lapidem*: Recipe de aquâ prædicta partem unam, aquæ saxifragiæ, aquæ alhihengæ, aquæ milii Solis, aquæ raphani, *ana partes 2.* & una hora post portionem hanc detur lyontripon *drach. 2.* *Ad Sterilitatē*. Recipe aquæ hujus *drach. 2.* vini albi *unc. 1.* aquæ liliorum croceorum, aquæ roris marini, aquæ matricariæ, *ana drachm. 2.* bibatur manè aut serò, omni hebdomada utendo duabus aut tribus vicibus diamargariti, secundum Avicennam, *drach. 2.* Habet alias innumerabiles virtutes, quas brevitatis causa omitto.


F I N I S.

IOAN.

IOANNIS ANTO-
NII CAMPESII


DIRECTO-
RIVM SVMMAE
SVMMARVM
Medicinæ,

AD ADMINISTRANDVM
DIVINAM MEDICINAM SEU
Lapidem Philosophorum in ægri-
tudinum curâ



Augustæ Trebocorum.

Anno M. DC. XXX.



IOHANNES ANTONIVS CAMPEIVS

Pio Lectori,

S. D.

Cum (secundum Philosophi sententiam, libro suo primo de Anima) amice Lector, omnium rerum notitiam seu scientiam certitudinaliter habere, debet aestimari esse quoddam bonum & honorabile. maximè tamen illam qua per demonstrationem & rerum experientias certas & firmas de suis conclusionibus fidem facit. Et quia idem Philosophus ait: Omnis homo naturaliter scire desiderat: & hoc desiderium communiter illis insit maximè, quorum nobilitati anima scire naturaliter inest. Nam Sapientia intellectiva propter virtutem & nobilitatem anima acquiritur (ut omnes asserunt Philosophi) & in ipsa quadam praeminet delectatio omnibus delectationibus nobilior: Scilicet ille nobilis Amor scientiarum sermocinalium, naturalium & moralium, & reliquarum, ut puta, tres partes Philosophiae. Theoricam, Mathematicam, & Philosophicam sive naturalem & Theologicam.

In his enim, & quae ad haec referuntur pergruatur anima delectatio: qua aliis delectationibus munda-

mundanis incomparabilia meritò judicatur. Nam anima est nobilior quod reperitur in homine: Ipsa enim dat esse & perfectionem corporis: & eius Cibus est nobilissimus, respectu cibi Corporis, quantum ipsa nobilior est corpore. Et ipsa gaudet in lucro, scilicet intellectuali. & illud dependet ex Scientiâ Philosophia, & in illâ gaudet & delectatur Anima.

Philosophus 10. Ethicorum inquit, quod mirabiles delectationes offert Philosophia puritate & firmitate. Puritate quidem, quia alia scientia contrarium habent admixtum: puta, tristitiam aliquam: ista Verò non. Firmitate Verò, quia alia durabiles non sunt propter mutabilitatem subjectorum. Ista Verò propter durabilitatem & firmam suam perfectionis excellentiam felicitatem concludit speculativam. Albumasar in Introductorio suo magno, distinctione quinta capite nono ait: Dignitas hominis super cætera animalia fit per sapientiam & cognitionem, quæ est instrumentum rationis. Et quanto magis homo sapientia & scientia abundaverit, tanto magis à cæteris animantibus dignificabitur per hoc quod in eo est sapientia & rerum cognitio: & quanto plus fuerit ignarus, tanto magis habebit appropinquitatem cæteris animantibus. Nisi ergo esset sapientia & rerum cognitio: non esset hominis dignitas super cætera animalia: quia omnia sibi participant in comestione & videlicet & generatione. Per scientiam igitur & cognitionem effectus est homo dignior cunctis animantibus. Cum enim Homo dignissima sit creaturarum Creatura, cujus gratia & amore à

DEO omnia sunt condita atque subdita: cujus corpus non recipit aſtimationem: quoſvis modo deſino vel humano merito, id quod eum in ſanctate & juventute conſervat, cunctos ab eo repellendo languores, & à ſuperſequentibus avertendo ſumma diligentia ab eo quarendum eſt. Hoc enim operatur Quinta Eſſentia, Philoſophorum (præcipue Arnoldi de Villanova, Raymundi Lullij, ex Inſula Balloari, nec non Joannis de Rupeſciſſa & quorundam aliorum, à Philippo Viſtadio, non parvo ſtudio & labore in unum collecta, quæ Cœlum Philoſophorum merita intitulatur) ad cuius illuſtrationem addimus & nos Directorium Summa ſummarum Medicinæ, ad adminiſtrandum deſinam Medicinam, ſeu Lapidem Philoſophorum in agnitum cura pro corporibus humanis à quocunq; morbo ſanandis, longè omni aliâ Quinta Eſſentia, ac Auro potabili quocunq; præſtantiorem ſuperq; omnes Galeni, Hippocratis, & Avicenna Medicinas quaſcunq;. Quia quanto Medicina eſt ſubtilior, tantò magis eſt efficacior. Cum verò hæc Medicina compoſita ſit ex Spiritibus ſubtilioribus, & materiâ ſimplici, & quaſi ſeparata ab omni materiâ elementalī, propterea facile poterit ſine impedimento vires ſuas in omnibus infirmitatibus exercere. Omne agens, Virtutem habet operandi ſecundum propinquitatem & ſimilitudinem cum quâ participaverit cum primo activo. Primum verò & uniſverſale agens corporum & ſimplex corpora ſunt cæleſtia, quæ ut uniſverſalis cauſa ſe extendunt ſuper omnes res inferiores. Cum verò hæc Medicina propter ſubtilitatē ſuam & puritatē, incorruptibilitatemq;

tatemq; supra omnia corpora maximā propinquitatem & similitudinem habeat cum cælestibus corporibus, à Philosophis Cælū fuit nuncupata. & Quinta Essentia: poterit igitur præ cæteris rebus corporeis inferioribus omnibus tanquā Medicina universalis, omnes curabiles morbos & infirmitates curare: non tantum illas quæ ad Physicum pertinent sed etiam istas quæ Chyrurgi manum requirunt. Tradunt etiam Medici, medicamentum hiera picra singularem habere Virtutem attrahendi humoribus à capite, collo & pectore: & non ab aliis membris inferioribus. Propterea quod hoc Medicamentum generatum sit per Virtutem quarundam stellarum, quæ influentiam habent supra collum, caput & pectus, ut Stella Arctis, Tauri & Gemini. Metalla Verò recipiunt essentiam, nomen, numerum, colorem, Virtutem & proprietatem Planetarum singularem: omnes Verò Planeta habent influentiam & Virtutem supra totum corpus humanum. Et ex his Metallis nostra Medicina generatur. Habebit & hæc Virtutem supra totum humanum corpus. Et aqua Thermarum si habent Virtutem sanandi plures infirmitates, eā de causā quod deferunt secum, transeuntes per Metalli Venas, Virtutem quandam metallicam. Habebit nimirum ipsa substantia metallica majorem Sim in potabilem formam conversa, juxta illud quod gentibus est vulgare:

Magnesies enim auro limato in confectis apposito, quarunt per hoc sanitatem & juventutem conservant, quanto magis quod est in corpore magnesie occultum. Lapidis Philosophorum purgatum,

tum æreum & spirituale factum. Idem voluit significare Iohannes de Rupefissa, de humiditate radicali loquens, & de Quinta Essentia sub nomine aqua vita: dicit enim aquam ardentem bonam, in se continere omnium metallorum virtutem: & non aquam esse vitæ, sed vita quia vitam hominibus præstet.

Et quia Medicina præservativa & conservativa debet esse multum durabilis & à corruptione remota (ut aperte probat Lullius in libro de Secretis Naturæ) nam si corpus humanum præservari debeat à corruptione, necesse est ut sit perpetuo durabilis: nam alias induceret maiorem corruptionem. Ergo volentes juvenisilem conservare juvenisilem, & senibus restaurare humidum radicale, & naturalem calorem, necesse est ut eligamus substantiam incorruptibilem ceteris omnibus quæ sunt sub globo Lunari, & hanc preparari in Medicinam, ut possit sumi per os intra corpus: & sic sumpta quam velocissime penetret per totum humanum corpus, & illud servet quasi incorruptibile. Et hac est quedam subtilis substantia & radicale humidum intrinsecum, Quinta Essentia dicta, per partes Elementales diffusa, simplex, non omnino incorruptibilis ut Cælum: sed cum ipsa generata sit ex materia ceteris omnibus incorruptibili: & facta est simplex per separationem Elementorum incorruptibilem si debite conservetur, durabit per ævum: & sumpta per os, longo tempore conservat corpus humanum incorruptibile. Ideo amice Lector, hanc nostram Lucubratiunculam non floccipendas, quia per hanc poteris inasti-

inestimabiles utilitates consequi: Et omnia corpora humana ad sanitatem perfectam reducere. Et primò discemus de tribus mineris principalibus, ex quibus fit Lapis, seu Quinta Essentia Philosophorum. Secundo unde elicitur hac Medicina seu Lapis. Tertio de resolutione ipsius Lapidis, ut sit potabilis, quod Verum Aurum potabile dicitur. Quarto cum quibus simplicibus vel Compositis debeat dictus Lapis propinari, ut approprietur unicuique membro peccanti. Tu interim Vale, Et me semper ama.



CAPUT. I.

DE TRIBVS MINERIIS PRINCIPALIBUS, ex quibus fit Lapis Philosophorum.

HÆ sunt mineræ principales, videlicet minerales Solis, Lunæ, Azoch, Archani, vegetabilis vitis, & animalis Apum liquefacti: & quamvis vegetabile & animate sint peregrina servilia, tamen nō sunt extranea, sed amabilia, mineralibus convenientia, in lapidem Archani disponentia, conjunctam vel divisim, in natura reciproca, vel peregrina extranea: Veruntamen id non est extraneum, in quo habet cōverti Aurum vel Argentum. Hoc intellige dupliciter aut in administratione Medicinæ, aut in compositione Lapidis.

Si in administratione Medicinæ, tunc est amicabile & propinquum, illud convertens servile, naturæ requirendi. Si in compositione Lapidis tripliciter tunc debet intelligi sic, illud convertens servile non est extraneum, in quo corpus perfectum convertibile habet cōverti tripliciter, aut in Argentum vivum Philosophorum, aut in calcem terræ, aut in liquorum olei vel lymphæ. Sed post completam conversionem ipsius conversi cōvertibilis in aptitudine illius puncti magisterii, post illud convertens servile abjicitur foras in compositione Lapidis Arcani, separando per distillationem sapienter, ut Authoritas Philosophiæ dicit, Magisterium nostrum non indiget extraneo in utraque mutatione, vide-

videlicet prima cum secundâ sortiatur suum effectum veraciter: alioquin destrueretur totum opus experimentaliter.

CAPUT II.

*De Natura Medicina, id est, Lapidis
Unde elicitur.*

STylus est in Naturâ quod in compositione Lapisgenera nihil additur extranei, sicut est Argentum vivum commune vel aliud imperfectum, quod si contrarium fiat, artifex in ultimo opus suum deflebit, ut expertus novi, & natura hoc attestatur. Nam sicut in compositione homogenei, nullum extraneum requiritur, nisi vir cum muliere, ita & in compositione Lapisgeneri nil extranei apponatur, *ut dicit Hermes.* Magisterium nostrum non indiget extraneo, quia res sunt secundum eorum naturas, quamvis natura peregrina disponat concipere vel generare, ut Medicina disponit ingressivè naturam sterilem concipere vel generare virtualiter, velut Asinus cum iumento generat Mulum, generatione imperfectâ: hoc totum fit dispositivè. Non autem propterea Medicina generat hominem, nec mulus foetum concipere facit unquam. Et sicut est in Naturâ, ita etiam & in arte: quia nullum imperfectum per suam naturam reciprocâ ullatenus seipsum nec aliud quaecunque imperfectum perficere potest unquam. Imò dicitur quod in omni imperfecto sæpè periclitatur, & perfectum per imperfectum conturbatur, & unum per aliud sæpissimè per-

*In omni
imperfecto sæpè
periclitatur.*

I 7 ditur:

ditur : sicut qui ædificat, optimum ædificium super fundamentum ruinosum, quod finaliter perit, sive ruit, propter sui imperfectionem. Natura non emendatur nisi in suâ naturâ : & natura congaudet naturæ. Patet ex sui diffinitione, quæ sic diffinitur : Natura, est quædam res insita rebus, ex similibus similia procreans. Ars enim imitatur naturam in quantum potest, *ut ait Philosophus*. Et quando Philosophia jubet operari de Mercurio in procreatione Lapidis Philosophi : semper intelligit de Mercurio metallico, quod fit ut habetur in libris Philosophorum, de Quintis Essentijs : unde Argentum vivum Philosophorum est tota causa materialis & substantialis Lapidis Philosophorum, & ex eo Medicina Philosophorum perfecta elicitur, & in eo tota consistit perfectio. Ipsum enim est materia omnium metallorum, & ex ipso solo Lapidem Philosophorum generari necesse est, cum suo sulphure proprio, non vulgi, sed metallico, ut ipsum digerendo & coquendo in metallum convertat. Sulphur enim est pinguedo terræ in minerijs generata, & per temperatam decoctionem indurata & spissata, habens se ad Argentum vivum ut Masculus ad Foeminam, ut agens ad materiam. Sed quia materia seipsam non producit in esse, propterea sagax natura adjungit sibi agens proprium, scilicet sulphur, ut dictum est. Licet enim argentum vivum in suâ naturâ sit album, tamen in magisterio albificatur & rubificatur in agendo naturâ ipsius. Hunc venerabilem Lapidem ex solo argento vivo sine alicujus sulphurea extrinseci com-

Sulphur.

commixtione colligere necesse est, & aurum sibi amicabilius est. Vnde ex argento vivo, fit aqua hilealis reciproca per putrefactionem & distillationem reflexam pluries super se, donec totum argentum vivum in aquam convertatur. Deinde decoquitur cum Oleo corporis fermenti sui met generis fixando & nutriendo in vase suo super attanorem in vase clauso Hermetis clausura, posito super platinam ferri in lento igne qui fit ex lychinis Philosophorum. Aurum enim causatum artificialiter, dicunt esse præstantius auro naturali: Hoc verum est, quantum ad metalla transformandum artificialiter secundum quidditatem substantialem. Conversa autem vel transformata, non sunt ita perfecta, ut sunt naturalia perfecta ad sanandum corpora humana in essentiâ naturaliter secundum identitatem essentialem. Quoniam nulum ens artificiale, quâvis arte vel ingenio de imperfectione ad perfectionem conversum, est tantum copiosum in virtute & eadem met largitione fecundum quàm naturale. Patet: quia majoris influentiæ existit copiosum contribuens, quàm pusillum perinde saliens. Vnde perfectio Medicinæ utilius & perfectius, nec non & affluentius comprobatur in ægitudinum cura esse, existere, & fieri, ac etiam infirmis propinari de corporibus perfectis metallorum à naturâ procreatis quàm de imperfectis ad perfectionem conversis ab arte. Major enim virtus essentialis est semper naturalibus perfectis attributa, quam conversis artismagisterio acquisita. Quâvis autem Natura possit emendari per artem:

*Perfectio
Medicinæ*

cō

cò quia ubi Natura deficit, ars incipit perficere: totum hoc fit artis ingenio, naturâ administrante: aliter fieri non posset. Licet verò quæqueres minima habeat tantam virtutē in qualitatē, qualem grandis eiusdem substantiæ, non autem habet tantam in quantitate exuberantiæ eiusdemmet naturæ ipsius substantiæ. Exemplum de parvo & magno vase, pleno vini vel aquæ: quia licet ipsa duo vasa plena sint eadem substantia eiusdem naturæ, tamen magis confluit & exuberat magnum vas quàm parvum. Non autem in qualitate: quia eiusdem qualitatis est substantia intus vasa existens in eademmet naturâ: veruntamen sicut parva ignis favilla seu candella cremans seipsam, dat lumen & combustionem aliis candellis, ita Medicina Philosophorum ratione virtutis confluentis dat perfectionem cunctis metallis imperfectis. Sic concluditur quod omne minus existit tantum virtuosum, quantum suum affluens in quantitate: licet ars imitetur naturam, hoc facit in quibus potest, tamen non est ita excellens sicut Natura, quia quod à naturâ inest, semper inest: & quod est ab arte, à casu inest, nisi fiat gratiâ supernaturali transcendente naturam, quia tunc esse super naturale maioris virtutis semper existit in potentiâ, quàm esse naturale in suâ efficaciâ. Quia quæ sunt, potest mutare in eâ quæ non sunt. Ratio est, quia non est minus dare, quàm mutare novas naturas rebus. Quamvis aliquando Natura perficiatur vel sublimetur in virtutibus acquisitivis: totū hoc fit ratione suæ bonæ inclinationis aut artis magi-

magisterio. Naturalia cuncta magis sunt certa in suis virtutibus, quàm artificialia in suis vsibus, nam quod natura non habuit, usus nescivit. Licet verò in auro vel argento ab arte factis, sive in veram Medicinam arcani possit philosophari, ad transmutandum metalla magistraliter, tamen non erunt apta ad sanandum corpora humana efficaciter, sicut de auro naturali: Et hoc duabus rationibus: videlicet propter dispositionem virtutis, & propter parvam quantitatem efficaciz terminatè confluentis. Primò, quia nulla virtus dispersa, est maior ipsa unita: & sic quia nullum confluxum, maius suo confluenti existit in abundantia virtutis. Igitur majoris efficaciz existit aurū naturale confluens, quam artificiale confluxum in curam sanitatis. Quam efficaciam nullum Aurum ab arte procreatum, ita copiose sicut naturale habet unquam, eò quòd nulla res id dare potest, quod ante non habuerit. Et licet servilia convenientia sint naturæ indigenti supplemtia, & de nescario potestati vel dominationi ministranda ut servus Domino suo, & fecundus indigenti, non propterea servilia sunt ita perfectæ & nobilia quàm dominatio potestatis decora.

Item, quamvis quædam sint tincta per quædam nubila Medicamina philosophalia permanenter tingenda in omni examine iudiciali, de imperfectione ad perfectionem conversa: Non enim propter hoc suscipiunt maius nec minus virtutū substantiæ in natu à suâ per Medicamina, perfectè tingentia metalla imperfecta: licet enim formæ essentialium transformantur, non
autem

stantia transformati mutatur, nec suscipit majus nec minus augmentum virtutis confluens, quàm quod antè habuit à naturâ: nullo artis Alchymix magisterio, quia nulla proprietas substantix naturalis potest minui, nec augeri ab aliquo unquam, nisi gratiâ supernaturali virtuosâ in mirabilibus. Sed licet per artem forma rei transformetur qualicunque modo fiat: non autem propter hoc transmutatur substantia: quia si substantia fuerit plumbea vel stannea, semper est plumbea vel stannea. Non sic de forma: quia illa potest transmutari artis ingenio ut per Lapidem arcani alteratur una forma metalli in aliam, scilicet plumbum vel stannum in formam auri vel argenti. Hoc verum est formaliter, non autem substantialiter. Et tunc illa forma suscipit majus & minus augmentum virtutum, secundum Medicinæ condimentum. Ideò quando dicitur in libris Philosophorum quod melius est aurum vel argentum ab arte factum, quam per naturam procreatum. Et talis Sol & Luna per Medicinam arcani generatus vel generata, excedit omnem solem & lunam naturalem in omnibus proprietatibus tam medicinalibus, quàm aliis, quia ejusdem est substantix in natura metallorum. Intelligitur de auro vel argento in elixire conversis ante projectionem super imperfecta corpora, & etiam dicitur propter excellentiam puritatis artificiatæ, & propter transformationem corporum. Primò quia omne corpus minerale (dempto Sole) habet in se speciem adustivam pro-

*Sol &
Luna.*

propter Sulphur, & corpus artificiale vel artificiatum est purum & mundum virtute Medicinæ præparatæ artis magisterio ad hoc aptæ: quæ Medicina in summa summarum arcanisata consumit virtualiter omnes immunditias & imperfectiones Naturæ, & inducit confluentem omnem perfectionem in natura egena. Secundò quia transformat omnia corpora, & alterat de imperfectione ad perfectionem, & de infirmitate ad sanitatem vigore perfectionis acquisitæ à Naturâ arcanicæ. Totum hoc dicimus secundum quidditatem Essentiæ, non autem secundum identitatem Substantiæ in specie naturæ metallinæ, quia licet in natura sit identitas substantiæ, non autem eadem quidditas essentiæ reciproca. Patet, quia licet forma metalli transmutetur, non autem substantia metalli transsubstantiatur: In veritate dicimus: quod Medicina Archani rubea, & corpus perfectum medicinatum rubeum, nec non & Mercurius à naturâ rubeus, seu de metallo naturali rubeo emanatus, vel existens, quod ita intelligimus, (non autem Mercurius vulgi, neque ulla alia metalla imperfecta, qualicunque conditione medicinata, licet sint ad Alchymicandum apta pro corporibus metallorum imperfectis ad perfectionem transmutandis) valet ad omnes infirmitates sanandas & ad juventutem renovandam, confirmandamq; Et in summâ perfectione ad conservationem sanitatis per agendam sine periculo efficaciter sicut Aurum naturale.

Medicinâ arcanisatâ consumit omnes immunditates naturæ.

Quod

Substan-
tia me-
tallina.

Quod patet experientia, nō indiget probatione, Hic concludimus, quod nullum artificiale ab arte ita perfectius existit, sicut naturale est, & fit à naturâ per melius: licet enim Metalla de modo generali sint eiusdem substantiæ in naturâ metallinâ, ut patet in Arbore Porphyriana de prædicamentis & prædicabilibus, quia prædicatur de substantiâ metallinâ. Non autem ipsa Metalla sunt eiusdem formæ in virtute efficaciæ, ut patet cuilibet artem Logices intuenti. Nam differentia est inter formam essentialem, materialem, & substantiam specialem realem. Patet: quia quod est Aurum vel Argentum naturale, non est plumbum vel cuprum artificiale, & de similibus e contrario dictis. Iam sufficienter dictum putamus de naturâ nostræ Medicinæ & Quintæ Essentiæ, & unde eliciatur. Nunc dicendum est de eius resolutione ut fiat potabilis.

CAPUT III.

*De resolutione Lapidis ad perficiendum
Aurum potabile.*


DEus enim suâ mirabili Sapientiâ Solem in medio Planetarum constituit: earumq; Dominus & Rex eius mirabili virtute & potentia esse voluit, ut distribuat lucem & claritatem omnibus planetis: quia ipse est qui facit crescere, oriri & multiplicare omnia vegetabilia super terram, testante Philosophorum principe Aristotele, de generatione & corruptione sic dicens, Sol & Homo generant hominem, & sine his non potest fieri generatio alicuius rei, quia
omne

omne genus feminis generat illud genus ipsius sibi simile ut idem Philosophus ait, primo Meteoror. Sic & Sol vel Aurum nostrum principatum tenet inter cetera metalla, quia ipse est Rex omnium Metallorum, à quo elicitur vera & perfecta Medicina prævalens omne quodque genus omnium Medicinarum, cuius omnia Metalla leprosa & corpora humana infecta quavis & quacunque infirmitate ad perfectam sanitatem reducit (nisi sit à Deo constitutus ultimus terminus vitæ suæ) virtute concessa ab altissimo Creatore. Ideò Arcanum arcanorum prætiosissimum, omnia alia Arcana excedens & meritò Princeps secretorum, Aqua vitæ existens nuncupatur: cuius modum ad vitam hominis conservandam perpendimus declarare in his verbis: Accipe ergò in nomine DEI optimi vini rubei odoriferi de meliori quod poteris invenire sextaria quatuor, quod ponas in vase æneo idoneo cum suo colubro, & recipiente, & quòd vas non sit nisi tertiâ parte plenum, post plectetuum vas super Furnum cinerum: quòd coluber sit intus vas plenum aquæ frigidaë, cuius forma sequitur, post fac ignem mediocris caloris, quod vinum non evomatur per colubrum: & sic sequere distillationes. Et nota quod quando videris distillasse tertiam partem ipsius vini quod posuisti in vase, si id quod distillatum est, sentit latis de aquâ vitæ, & cum venerit dulcis sine acuitate, tùm dimitte frigi fieri, & aperi vas per inferius & aqua phlegmatica, seu residuum vini exhibet, tunc reimple tuum vas, & distilla ut supra, juncturis bene clausis.

ne

*Vas aeneum cum suo colubro & recipiente,
Vas quod debet esse plenum aqua.*


*Furnus ci-
nerum.*



ne respirare habeat vsque quò totum vinum sit
distillatum. Totam aquam Viæ sic distillatam
pone

pone in vase separationis habente quinque vasa recipientia, unum suprà aliud, & rectifica per Balneum Mariæ: quia in unâ distillatione tan-

Forma Furni.




*Vas ratt-
ficationis
Q. Essen-
tia, Cal-
dare cum
aquâ fer-
venti.*

tum

tum operatus fueris, quantum si in solo vase distillationis quinquies distillaveris: quia Spiritus subtilior aquæ vitæ ascendet in superiori Alembico: & sic in unâ vice erit quinquies rectificata. Forma vasis hâc superius describitur.

*Aqua
Ignea.*

Hæc aqua sic ratificata (ex eâ tamen non facias sanguinem humanum: quia amitteret vim suam, neq; facias ignem, id est, Aquam igneâ: quia tantæ fortitudinis esset, quòd omnia destrueret comburendo) ponenda est in vase circulatorio Hermetis: Cuius forma hæc est, in Balneo Mariæ ut circuletur, & in Q. Essentiâ reducatur: tunc erit optima aqua ad resolvendum Lapidem nostrum in vase Circulatorio, vel Pellicano Hermetis, quod vas anatum dicitur: in Balneo Mariæ donec in naturâ aquæ convertatur, quam Hermes Philosophus decretavit, dicens, quòd omnis perfectio cuiusque Lapidis consistit in virtute suæ terræ quæ nutritrix vel fermentum appellatur: cum dicit Nutritrix eius terra est, sine quo fermento spiritus Lapidis nullo modo perfectè detinetur nec complementum suæ virtutis dosset. Ideò huic aquæ, id est, Spiritui Quintæ Essentiæ, qui in ipsâ latet, demus virtutem suæ terræ. Et hoc est quod dicit Philosophus, vis eius integra est,



gra est, si conversâ fuerit in terram: & tunc vim suam complebit, & integraliter obtinebit. Et tunc vocatur Aqua vitæ ratificata & perfecta. Aqua ratificata, in eâ consistunt quatuor Elementa, id est: redundant in eâ quatuor Elementa, id est quatuor humores, ideò non incongruè solet Quinta Essentia nuncupari: quia ab eâ extrahuntur quatuor Elementa: & ab eis extrahitur quintum Elementum, quod est super omnia Elementa pretiosius, habens in eo omnes qualitates, id est complexiones omnium quatuor Elementorum, id est, frigidum & siccum, frigidum & humidum: calidum & siccum: calidum & humidum: quod quintum Elementum potest ornari à duobus luminaribus majoribus, id est Sole & Lunâ: & minoribus, id est cæteris Planetis, ut Coelum: ut serviat humano corpori, propter quod dicitur Coelum nostrum: habet enim convertere Metalla in primam materiam, quæ est hile, id est primordialis materia Lapidis, quæ est reductio corporis in aquam, & fit Lapis mineralis, vegetabilis & animalis, & operatur ad rubeum vel ad album secundum suum condimentum, ut suprà dictum est.

Hæc verò Aqua est valdè redolentissima super omnes odores, & est valdè gustabilis super omnes saporos: & est valdè pretiosa super omnes res pretiosas: & est valdè subtilis & penetrativa super omne quodque subtile & penetrativum, quia ex nobili virtute & potestate ipsius valdè penetrat sine læsione corporis, sed potius cum confortatione ipsius eam suscipientis, sicut Radii Solis penetrant vitrum sine fractione ipsius:

K

ita

ita eius virtus penetrat per totum corpus sine læsione corporis. Et cum est composita, est perfectior in qualitate & proprietate complexionis illius compositi, ex quo est composita. Quod si est composita ex composito calido & humido habet virtutem & complexionem calidam & humidam. Si ex composito calido & sicco, habet virtutem & complexionem calidam & siccam: & sic de singulis qualitatibus Elementorū. Item hæc Aqua expellit omne nocivum à corde statim: & non solum à corde, sed à corpore & cerebro, hepate, splene, stomacho, & universaliter toto corpore humano à planta pedis usque ad verticem capitis. Ipsa refrigerat, & calefacit, humectat & desiccatur, aperit & claudit, mundat & incarnat, cōsolidat & conservat omne quodq; ab omni corruptione, & non finit ibi aliquod putridum generari, ubi applicata fuerit. Confortat intellectum ad investigandum res difficiles & subtiles, & dat audaciam. Et scias quod componitur secundum indigentiam corporis languentis secundum qualitatem & complexionem humorum peccantium, de quâ hîc breviter tractabimus. Sed primo dicamus qualiter fit Aqua vitæ in supremâ perfectione cum Lapide benedicto in auro potabili. Accipe Aquam vitæ prædictam ratificatam ut est dictum, & habeas unum brustum apum de mense Maii, vel favum cum melle & apibus & in Cucurbitâ decenti vitrea pone cum duabus vel tribus toglietis aquæ vitæ communis sub fimo equino per quindecim dies, vase benè clauso, ne respiret: post in sicco distilla sapienter: primò exiet aqua alba, secundo

*De compositione
Aqua vitæ
cū Lapide benedicto
in auro
potabile.*

cundò citrina: quam citrinā ratifica quinquies per se, pòst accipe Lapidis nostri quantitatem quam libuerit: pulverisā subtiliter super marmor mundum, vel mortarium vitreum cum pistillo vitreo mundo & pone in dicta aqua nostra resolutiva roris nostri Coeli in vase circulatorio Hermetis, sigillatis optimè juncturis, ne ullo modo respirent, & colloca in Balneo Mariæ: & fac ignem subgraduatum, quòd calor fortior nō transeat calorem Solis existentis in signo Leonis & ibi stet per viginti dies naturales, & totum resolvetur, ut mel, quod per Balneum Mariæ poteris extrahere per Alembicum quod volueris usq; quò Lapis tuus remaneat in Lapidem diaphanum ut Crystallus rubicundissimus, ut Rubinus, quod poteris omnibus corporibus ægrotis distribuere secundum naturam & complexionem humoris peccantis, miscendo cum suâ aquâ sibi convenienti. Et sic habebis optimum & perfectum Thesaurum inæstimabile, non habens parem ad Curandum omnes ægrotos à quacunque ægitudine torqueantur. Et plùs operabitur in unâ horâ, quàm omnes aliæ Medicinæ in uno mense, gratiâ Dei Creatoris nostri. Hæc autem Aqua secundus Balsamus appellatur, quam Hermes prius invenit, purgat & sanat corpora humana ab omni corruptione, & in juventute conservat, si applicetur, ægitudinibus ad quodlibet membrum, ut in posteris narrabimus.

*Secundus
Balsamus
Hermetis
sanat corpora hu-
mana ab
omni cor-
ruptione.*

CAPUT IV.

*Cum quibus simplicibus vel compositis debeat,
Lapis Philosophicus propinari, ut appro-
prietur unicuique membro
languenti.*

A Nimadvertisti insuper ad dirigendam sublimem Medicinam ut ipsum corpus humanum integram valeat adipisci sanitatem. Sunt & aliæ unicuique membro appropriatæ, quæ secundum intentionem Professorum scientiæ Medicorum, & præsertim conditoris prælibatæ sublimis Medicinæ Arnoldi de Villanova, gratia DAT in artibus professoris, sunt hæc quæ per ordinem sequuntur.

1. *Ad ægrotudines Capitis.*

Caput.

Quando volueris mederi ægrotudinibus capitis, dirigatur Lapis Philosophicus in quantitate modicâ cum aquâ sticados arabici sublimata, vel Majoranæ, Bethonicæ, seu Salviz, sive decoctionis ipsarum vel decoctionis Nucis muscatæ, Peoniæ, Cubearum, Carpobalsami, Xilobalsami, Masticis, Thuris, vel quam plurimum aliorum similium quæ habent virtutem propriam & appropriatam capiti.

2. *Ad ægrotudines Pulmonis.*

Pulmo.

Si volueris Pulmoni subvenire, & partibus pectoralibus aggravatis, ut de asthma, dysma, tussi & cæteris passionibus prædictorum membrorum, Lapis Philosophorum dirigatur cum aquâ hyssopi sublimata, vel capilli Veneris, seu ipsarum decoctionis vel liquiritiæ & uvarum
passu-

passularum, ireos, amygdalarum pinearum, pulmonis vulpium & his similia.

3. *Ad agrestudines Stomachi.*

Stomachus non indiget medicinis dirigentibus ad ipsum, sed solum retinentibus Medicinis in ipso, & confortantibus ipsum, quales sunt aquæ menthæ, vel ipsa herba, Mastix, Galanga, Costonea, Granata & omnia Styptica.

Stoma-
chus.

4. *Ad agrestudines Hepatis.*

Ad Hepar dirigatur Lapis Philosophicus cum aquâ absinthii, fumiterræ, eupatorii, cuscutzæ, endyviæ, vel decoctionis eorum, seu aqua ordei. Hepar est in dextero latere.

Hepar.

5. *Ad agrestudines Splenis.*

Spleni succurritur cum Lapide Philosophico & aquâ florum & foliorum ramarisci, scolopendriæ, rubæ tinctorum, vel eorum decoctione, seu capparis & similia. Splen in sinistro stat latere.

Splen.

6. *Ad agrestudines Renum.*

Quando ad Renes vel Vesicam volueris Philosophicam dirigere Medicinam, eam dirige cum aquâ saxifragiæ, milii solis, petroselini domesticæ & macedonici, feniculi, apii, brusci, asparagi, graminis vel decoctionis earum.

Ren.

7. *Ad dolorem Matricis.*

Ad dolorem Matricis pro Mulieribus dirigatur Lapis Philosophicus, cum aquâ Pulegii, favinæ, Calamenti vel Artemisiæ seu decoctionis earum, vel juniperi: & ad idem faciunt dictæ pro renibus & vesicâ.

Dolor Ma-
tricis.

8. *Adjuncturas pro Guttosis.*

*Adjunctura
pro Gut-
tosis.*

Adjuncturas pro Guttosis, Arteticis, sive Podagrosis, Chiragrosis, Sciaticis & similibus speciebus guttę dirigatur Lapis Philosophicus cum decoctione Zinziberis, Piperis, Squillę assę, Opopanacis, seu Acori & similium: quarum copiam exuberantem poteris habere in Libro Ioannis Hebe. Mesuę evangelici, de consolatione Medicinarum. Quantum autem ad membra & ægitudines extrinsecus Lapis Philosophicus nõ indiget aliqua medicina directiva: quia cum manu & flocculo Bombycis poteris dirigere quod volueris. Cavendum est tamen in mollibus & raris & nimis sensibilibus, & præcipuè in infanti, vel puerili ætate, & Mulieribus mollibus, & delicatis, per maximè in prædictis membris raris: & multum sensibilibus ut sunt partes faciei, uberum, matricis & membri virilis quia in similibus est agendum cum majori cautela: & minori quantitate. Quoniam prævalet reiterare bis, ter vel quater, aut pluries, tam infra corpus quàm extra, quàm nimis in unâ vice administrare Et durat operatio eius in exterioribus per tres dies vel circa, ut creditur experientia demonstrata. Ita securus sum, sicut in pluribus mihi notis, habentibus conformem veritatem.

9. *Ad Hydropsim.*

*Hydropsi-
fis.*

Pro Hydropsi ministratur Lapis Philosophicus cum sero caprino, in quo decocta fuerit Spicanardi in quâtitate uncie semis, quolibet summo mane, vel cum urinâ caprę & dicta spicâ vel cum decoctione radicum ireos, vel iris, à pelliculis exterioribus mundatarum, vel cum succo calamenti.

lamenti, vel eius decoctione: vel cum decoctione florum anthos: & præcipuè prædicta competunt in illâ hydropisi, quæ ascites dicitur, & etiâ in hypofarca & in tympanite, cum aquâ vel decoctione feniculi, vel anethi, vel anisi, vel carvi, vel cumini, quando febris non est: & quando est febris, cum aquâ endyviæ vel cicoræ & similibus.

10. Ad Paralyfim.

Paralyticis detur Medicina Philosophica cum aquâ vel decoctione Salviæ, vel Sticados, & Nucis muscatæ, & similia. *Paralyfis.*

11. Ad Hæticam.

In Hætica sine febre administretur Lapis Philosophicus cum lacte & modico zuccari albi. Et in hæticâ febre cū sero caprino, vel lacte amygdalarum, vel aquâ, seu decoctione Cucurbitæ seu portulacæ, & cum ptisana cum hordeo. Et in ephamera, etiam potest dari cum aliquo jam dictorum vel cum aquâ Boraginis vel Buglossæ, vel capilli Veneris, & pluribus aliis. Quamvis per omnes species Ephemeræ esset nimis longum inferre singulas Medicinas: tamen prædictæ sunt satis convenientes indifferenter in quacunque specie Ephemerarum. In tertio & ultimo genere febrium, scilicet in febre putrida vel humoralis. Primò in Synoche vel Synecho, facta post una bona phlebotomia cōvenienti in ætate debita, & cæteris particularib. cōsideratis: præcipuè de cōstantiâ Virtutis (quia phlebotomia cū incōstantiâ vel debilitate virtutis est molestissima & tunc Lapis Philosoph. detur cū dictâ aquâ

*Tertiana.**Quarta-
na.*

Boraginis, vel Buglossæ, vel Cicoreæ, vel Endyviæ & in quotidiana cum aquâ floris Sambuci vel feniculi, vel cum decoctione radicum quinque communium, ut sunt radices Brusci, Asparagi, Graminis, Feniculi, PentaPhillon, vel etiam Petroselini. In tertianâ cum aqua Endyviæ vel Portulacæ, Cicoreæ, Rostri porcini, capilli Veneris, Scariolæ, Epaticæ terrestres, vel Ocziaczacrâ simplici &c. Et in quartanâ cum aquâ decoctionis anthes, florum vel radicum tamariisci vel Ginestræ, Caparis vel fraxini. Et ista intelliguntur communiter, quia magis propriè proficui esset nimis longum dearticulare in omnibus speciebus quotidianæ, tertianæ, & quartanæ: & aliarum quæ sub istis intelligi possunt: ut sunt aliæ erraticæ febres: ut in quartanâ, sextanâ & septenâ.

*12. Ad Toxicum.**Toxicum.*

In potatione ut in Toxicovel toxicatione vel veneno, administratur cum aquâ seu decoctione menthæ vel pulegii cervini, vel regalis.

*13. Ad restaurandum humidum
radicale.**Restaura-
tio humi-
di radi-
cali.*

In conservatione & restauratione humidi radicalis detur Medicina nostra Philosophica, cum jure vel brodio carniū electarum, ut gallinarum, caponum, phasianorum, perdicum, turturum, columbarum, & pullorum dictarum avium & similium, ut capretorum, agnorum, vitulorum lactentium, & cum testiculis & cerebris omnium animalium degentium, ut sunt passerres, alaudæ, cuculatæ, calandræ &c.

14. Ad

14. *Ad Coitum facientia.*

Et jam faciunt pro potentia quam maxima in Coitu: præsertim cum miscentur cum bonis *Coitus.* & electis speciebus: & magis si torrefiant: & in patella leviter frixentur: quàm si elixentur: & viginti vel triginta dactyli interius & exterius mundati, cum Zinzibero, Cinnamomo, & modico Piperis longi repleti, & modicum calefacti ut calefiunt ficus sicca ad ignem, & post comesti per decem horas ante coitum, multum faciunt potentem in eo. Ova etiam sorbilia, vel in patella frixa & mollia multum possunt adjuvare, ut aqua testiculorum satirionis cum aquâ radicis eringiorum tepida præstat coitum in deficientem frigidis & maleficiatis. Impotentia enim coeundi constat duobus impedimentis: aut per frigiditatem naturæ: aut per Maleficium. Si per frigiditatem naturæ aut illa frigiditas est perpetua, aut temporalis. Si est perpetua, cum talis persona nunquam habuit posse naturæ in coitu, & tunc tali personæ nequaquam potest subveniri naturaliter. Si est temporalis, tunc aliàs habuit posse naturæ in coitu: & tali personæ subvenitur arte Medicinæ. Si per maleficium reprimatur coitus: tunc dupliciter aut tale maleficium est temporale, aut perpetuum. Si temporale, subvenitur arte Medicinæ sequentis. Si perpetuum, nunquam vel rarò subvenitur. Veruntamen differentia est inter frigiditatem & maleficium. Quia frigidus impotens est ad omnes mulieres. Sed maleficiatus est impotens ad unam, & non ad aliam mulierem, vel est potens ad unam tantum, & ad reliquas est impotens.

tens. Vt vera Medicina subveniat frigidis, jam suprà dictum est. Sed maleficiatis subvenitur sic. Recipe dentes hominis mortui, coralli, lunariæ majoris vel minoris, vel Solsequii, Thuris, masticis ana omnium quantum placet: & fumigetur patiens quando ibi dormitum: post accipe artemisæ, hypericonis, pimpinellæ, provingæ & radicis eringiorum ana quantum placet: & decoquantur, cum aquâ communi: & lavetur patiens in facie, ulnis manibus, tibiis, genitalibus, seu verendis, & pedibus per novē dies cum aquâ decoctionis prædictorum. Post sumat de Lapide Philosophorum cum aquâ testiculorum satirionis rubei, & aliis ut supra dictum est. Post mingat patiens per medium annuli ferri igniti, vel foraminis ligonis. & destruetur maleficium. Aut mingat per annulum sponsalem.

15. *Ad Passiones Cordis.*

*Passiones
cordis.*

Passionibus cordis communibus detur Lapis noster benedictus cum aquâ menthæ, vel vino electo: vel aquâ Buglossæ, cū garyophyllis in calidis, vel melisæ, & in frigidis cum aquâ rosacea vel nenufarum, vel acetosæ, vel succo seu decoctione pomorum mustorum, vel succo seu syrupo limonum.

16. *Ad torturam Intestinorum.*

*Tortura
intestino-
rum.*

Torturæ intestinorum propter vermes detur cum aquâ raphani, vel foliorum nucis, vel absinthii. Torturæ propter humores frigidos & ventosos detur cum decoctione marathri, anethi anisi, foliorum lauri, thymi, pulegii, menthæ origani, calamenti. De Torsione propter portionem seu venenū: detur cum jam dictis & drach. i. Mithri-

Mithridati vel Theriacæ, & aliis quæ tacta sunt
suprà de veneno. Et Torturæ propter humores
talidos detur cū aquâ Violarū, vel syrupo ipsarū
vel oxyzaccara, & si etiā cum constrictione
ventris, misceatur ad laxandū unciā pulpæ Cas-
siæ fistulæ, vel *drach. 5.* Electuarii de succo rosa-
rum, & pòst fiat clystere cōmune & lenitivū. Et
in passionibus intestinorū extra procedentiū, ut
sicut rupturæ vel crepaturæ: detur cum aquâ vel
decoctione jasec nigræ vel albæ, vel sigilli Beatæ
Mariæ, aut consolidæ majoris vel minoris &c.

17. *Ad fluxum Vētris.*

Pro fluxu ventris detur Lapis Philosophorum Fluxus
ventris.
cum aquâ rosacea, vel foliorū quercus, vel mir-
thi, vel succo seu decoctione cydoniorum, sor-
barum, vel mespilorum, pro cōstipatione suprà
tactum est. Potest etiā administrari in consti-
pationibus cum decoctione iris vel cum sero ca-
præ, vel primâ ebullitione caulium rubrorum.

18. *Ad Leporam.*

In Lepra & scabiæ detur cum decoctione fumi- Lepra.
terre, lapati acuti, epithimi, scabiosæ, seri Caprini.

19. *Ad Colicam & Iliacam & Gravellam.*

De Colica & Iliaca passionibus & aliis passio- Colica &
Iliaca.
nibus intestinorum præ tactum est in tortura
intestinorum. Sed ultra hoc potest Lapis Philo-
sophicus dirigi cum aquâ camomillæ vel beto-
nicæ majoris, & ad gravellam cum aquâ lam-
pordarum desiccatarum lapati majoris, vel cum
aquâ radicum lapati acuti.

20. *Ad Hamorrhoides.*

Morenarum seu Hæmorrhoidarum quædam Hamorr-
hoid.
sunt exteriores: quædam interiores. Si exterior-

res: transeo ut suprà de passionibus exteriorum membrorum: quæ cum manu & flocculo tractari possunt: quia directorio non indigent alio. Morenis verò interioribus dirigatur Lapis Philosophicus cum aquâ herbæ foliorum caradollæ, id est Liliæ sylvestris, vel cum aquâ radicis taffi barbati, cum farinâ siliginis, & vitellis Ovorum gallinarum simul mistis, & per Alembicum distillatis, cum crespello ipsarum facto in patella sine alio liquore adjuncto, sumpto manè jejuno stomacho.

Medicina sic componitur.

Recipe Radices taffi barbati in furno post panis extractionem desiccati, post pulverizati subtiliter cum tutorio *drach. 2.* vitellorum ovorum *drachm. 2.* farinæ siliginis quod sufficit attaminata pro crespello & in patella decoquatur sine aliquo liquore, & sale, nec aliquo adjuncto: & sumat per novē dies, & morenꝰ recedent statim.

21. Ad Ictericam.

Ictericam.

De regione fellis sub quâ intelligitur Ictericia, vel malus color faciei, & totius corporis, tactum est suprà de Hepate: & quæ illi conveniunt & isti: nisi talis Ictericia accidisset propter venenū sumptum, de quo suprà dictum est in toxico. Et ulterius dirigatur Lapis Philosophicus cum lacte potato cum Oleo amygdalorum dulcium quia eius usus secundum Avicennam, curat talem Ictericiam venenosam, vel cum aquâ radicis gentianæ vel dictamni. Item in Ictericia fellea simpliciter, scilicet sine veneno sumpto: quando incipit apparere, fiat bona Phlebotomia de vena Hepatis: sed non postquā materia appareat mltū in cute:

in cute: & Urinâ est reducta in suo pristino colore: quia tunc nihil aut benè modicum est inter venas, sed totum extra: quia tunc per scaphas cutis sæpissimè desiccando debet purgari: & Lapis Philosophicus cum fero caprino in quo bullierit *Sine j* Spicæ-nardi debet in potu administrari & continuari: vel cum aqua vel decoctione raphani, vel apij & vini albi: vel decoctione lapati acuti, vel absynthij, vel cum decoctione quiaque radicum communium, vel cum decoctione cottonariæ & solsequij. Et ista & omnia quæ tangunt intrinseca, securius fiunt, provocato post beneficio ventris per Clystere suprâ tactum, vel per laxativa suprâ dicta & similia.

22. *Ad Visum & Guttam serenam.*

Visus.

De Visu & potentia visiva detur cum Aquâ vel decoctione eufragiæ, feniculi ver verbenæ, &c. Pro guttâ serenâ oculorum ministretur Lapis cum aquâ decoctionis Galli, pedes croceos habentis, & radicis petroselij, acori, radicis viticellæ, cetrach & foliorum verbenæ ana *Mansp. j.*

Gutta serena Oculorum.

23. *Ad restringendum Sanguinem.*

Pro restringendo sanguine detur cum aquâ vel succo Bursæ pastoris vel rutæ per nares injecto patientis eversis: vel sumatur per os, si nimis fluit: vel super locum exitus cum flocculo, vel panno, aut alio cōdecienti applicetur, & statim cessabit sanguis.

Restringatio sanguinis.

24. *Et Ultimo ad omnes infirmitates Corporis.*

Conclusio universalis ad omnes infirmitates

K 7 Corporis.

Corporis detur de Lapide benedicto cum aquâ
 Chelidoniæ Elementorum ratificata per separa-
 rationes, vel à Saponariâ distillata, vel à favo
 cum melle & cerâ ut suprâ narratum est: aut
 cum aquâ à pane & vino simul per quindecim
 dies sub fimo putrefactis post distillata. Primò
 distillatur aqua alba, & ista parum valet nisi ad
 tingendum pilos vel crines. Secundò distillatur
 aqua Citrina, quæ tota extracta ratificatur quin-
 quies sine fecibus sola: quæ postea facit Aurum
 potabile per reflectiones distillationis & circu-
 lationis: quæ separata per distillationem est O-
 leum incombustibile ad modum Olei
 citrini, quod valet in operi-
 bus miris.

F I N I S.



ROSA-

ROSARIUS
PHILOSOPHO-
RVM AC OMNIVM
SECRETORVM MA-
ximum Secre-
tum.

DE VERISSIMA
COMPOSITIONE NATV-
ralis Philosophia, qua omne dimi-
nutum reducetur ad Solificum
& Lunificum verum:

Per

ARNALDVM DE
VILLANOVA.

NVNC AVTEM RECENS APPO-
suimus Novum Lumen, eiusdemq; auctoris
Magisterium perfectum, & gau-
dium completum.

Augusta Trebocorum.

Anno M. DC. XXX.

P R O O E M I V M.

Liber hic Rosarius vocatur, eo quòd ex Libris Philosophorum abbreviatus est, in quo, Dico est teste, nihil occultum, nihil devium, nihil diminutum est. Sed quicquid est necessarium ad nostri operis complementum, in ipso est. Dividitur autem liber iste in theoreticam & practicam & in diversa capitula. Quippe quia iustum est, ut de naturali & sublimiori rerum processu non pigeat, qui de eorum altiori effectu agere voluerit. Tunc enim supplicium naturæ beatæ: & naturali calle procedit intentio, cum & ipsius studii precium securius spectet: & ad arcanam rationis seriem in eo declinare paratus est. Nullus negligat finalem & præcipuam totius Philosophiæ matrem ab editis effodere, quæ hominem ornat moribus & ditat beneficiis, exaltat pauperem: & corpus incolume servat: & ægrum sanitati restituit. Qui enim in legendis libris deses exiterit in præparandis rebus promptus esse non poterit: Liber namque librum aperit, & sermo sermonem explicat: quia quod in uno est diminutum in alio est completum. Nullus enim in practica bene assuescere potest, cuius mens in theoria desudare renuit. Quoniam procedit ad practicam, non secus atq; asinus ad coenam, ignorans quomodo & ad quid porrigat rostrum & os. Porro hunc librum nominavi Rosarium: cum in compendium ex Philosophorum libris ipsum contraxerim, quoad melius per me hoc fieri

fieri potuit. & in diversa illum capita divisi. In ista autem arte duo libri sunt, quos ordine hîc capitibus disponam.

CAPITA PRIMI LIBRI

- 1 De modo generationis Metallorum.
- 2 Argentum Vivum esse Medicinam metallorum.
- 3 Sulphur extraneum sive Vulgi esse causam imperfectiōis Metallorum.
- 4 Solum Argentum Vivum esse perfectiōnem Metallorum.
- 5 Quod Argentum Vivum continet in se Sulphur suum.
- 6 Quod unus est Lapis Philosophorum.
- 7 Ex quibus extrahitur Lapis Philosophorum.
- 8 Quod difficile est opus nostrum in primâ Metallorum materiâ.
- 9 Quid sit Opus primum Philosophicum.
- 10 Quid sit Lapis, & quo indigeat.

CAPUT I.

De modo generationis Metallorum.

Vtrum omnia liquabilia sint ex argenti vivi & sulphuris substantia ? Nam proprium est Argenti vivi coagulari ex calore seu vapore Sulphuris, quoniam omne siccum naturaliter ebibit suum humidum. Vapore ergo Sulphuris Argentum vivum coagulatum est ex suâ substantia terra subtili, aërea & di-

& digesta: admixtione prima sibi unita, actione caloris postea elevata decocta & digesta donec habeat vim sulphuream coagulandi Argētum.

*Quid sit
Argētum
vivum in
sua radi-
ce.*

Argenti verò vivi in primâ sui radice est compositum in terrâ albâ nimium subtili: Sulphurea cum aqua clara. fortiter admixta donec fiat substantia una non quiescens in superficie plana. Est enim homogeneous in naturâ, quoniâ aut remanet totum in igne fixum, aut totum ex eo volat in fumum: cum sit incombustibile & æreum. Hoc autem est signum perfectionis: & ideo cum postea in terrâ sulphurea decurrat, calefactum superius ascendit: quoniam de suâ naturâ est, ut per calorem sublimetur: Veruntamen continuâ sublimatione nimium depuratur, decoquitur, & inspissatur: ac in Sulphur album & rubeum gradatim congelatur. Quod quidem Sulphur dissolvitur multoties, & postea congelatur, per Argenti vivi illius sublimati incertum, caloris actione, donec vix longissimo temporis spatio successivè opera naturæ in metalli congelatur perfectum. Et hoc quidem in vasis mineralibus ipsa natura mediante operatur metalla. In istis ergo operibus naturam imitari oportet: quicumq; perficere velit Medicinam imperfectiorum perfectiorem.

C A P U T. II.

*Quod Argentum & Sulfur est Medicina
omnium metallorum.*

Dicit Aristoteles Argentum vivum esse Elementum omnium liquabilium: quoniam omnia liquabilia cum ligantur in eo conver-

turn-

tuntur: & admiscetur cum ipsis, quia est de substantiâ ipsorum: licet ista corpora differant in compositione suâ ab Argēto vivo eo modo quo ipsum fuit purū, vel impurum à Sulphure immundo sibi extraneo. Hic enim Argentum vivum ex vero Sulphure non urente. Nam, ut dixit Philosophus, Sulphur album non urens congelat Mercurium in bonam limam. Illud verò est res optima quam suscipere possunt, qui Alchimiam operantur: & illud vertunt in Argentum bonum. Si autem Sulphur purū, mundum & optimum fuerit cum rubore clarum: & in eo fuerit vis igneitatis sulphureæ non urentis, erit res optima, quam suscipere possunt Alchimistæ, ut ex eo faciant Solem. Si enim fuerit Argentum vivum bonæ substantiæ: & Sulphur non purum adurens convertet ipsum Argentum vivum in æs. Argentum etiam vivum si fuerit petrosus, immundum, terreum, & Sulphur non mundum, fiet ex eo ferrum. Porro stannum videtur habere bonum Argentum vivum & purum: Sulphur autem malum, & non benè mixtum. At plumbum habet Argentum vivum grossum & malum, & ponderosum & luteum, Sulphur autem malum, mali saporis, & foetidi & virtutis debilis. Vnde non benè coagulatur. Hæc de verbo ad verbum sunt verba Aristotelis in 4. libro *Meteorum*. Cui Philosopho naturali in omnibus est credendum: non fabulis nec operibus mendacibus ab operibus naturæ omninò extraneis. Nam qui credit mendacijs, secretum Philosophorum perdit.

CAPUT III.

*Quod Sulphur extraneum sive Vulgi
est causa imperfectionis o-
mnium Metallorum.*

NOtate ergò verba & signate mysteria: quoniam tota veritas istius scientiæ ex jam dictis Philosophorum est consideranda, eo quòd à vanitate relinquatur per ipsam duplicem corporis superfluitatem inesse: unam quidem in profunditate Argenti vivi inclusā, in principio suæ mixtionis supervenientē, alteram verò extra naturam suæ naturæ: & corruptibilē: quarum ista cum labore tollitur. Ast nullo artificis ingenio altera tolli potest: quare sulphureitas adustibilis calcinatione ignis tollitur, vel à corporibus deletur. Et illud idèò quia Argentum vivū tenet & ab adustione defendit illud quod suæ naturæ est, alterunt espuit igni exponens qui ipsum inficit, vnde est amicabilē, & suæ naturæ placabilē. Ipsum Argentū vivum argento vivo magis adhæret, & eidem magis amicitur. Post illud verò Aurum proximè Argentum: idèò ex hoc relinquitur, ipsa duo magis participare suā naturam. Alia verò corpora non habent tantam conformitatem ad ipsum, quoniam habent in se Sulphur extraneum, terreum, immundum, & foetidū, idèò verè possumus dicere ipsa participare minus naturā, quoniam sunt corpora corrupta foetida adustibilia. Hoc autem fit, quod Sulphur quoquo modo præparatur per artificium semper comburit & comburitur, & nigredinem

nem in omni opere præstat. Ideò etiam dicit Avicenna, in Magisterio nostro non intrat : quoniam non est de Argento vivo, nec de Argenti vivi substantiâ, nec de perfectione eius: cum ipsum semper inficiat, denigret & corrumpat. Reliquitur ergò Argentum vivum esse corporum perfectissimum : & adustionis esse salvativum: eo quòd corpora illa omninò comburuntur, quantò plus suam naturam percipiunt & possident : unde patet quòd multa quantitas Argenti vivi est causa perfectionis in corporibus. Multa verò sulphureitas est causa corruptionis, id est, quòd quædam magis, quædam minus comburuntur secundum examinationē ignis, ut illa quæ sunt pluris sulphureæ quantitatis continentur magis : quæ verò minus, minus. Habet enim Sulphur in se duas causas corruptionis puta inflammabilem substantiam, & foetulentam terram : quare per primam naturam stare facit, quoniam comburit semper : & comburit ac nigredinem in omni opere præstat. Per alteram verò neque fusionem habet, neque ingressionem, quoniam fixum fuerit, prohibet fusionem, & ipsum nunquam figitur nisi prius calcinetur. Cum vero calcinatur nullomodo funditur in artificio, quoniam in terrenam substantiam redigitur.

*Argentū
vivum est
corporum
perfectis-
simum.*

CAPUT IV.

Solum Argentum Vivum esse perfectionem omnium Metallorum.

QUod autem suprà dixi, in Argento vivo minime contingit, quoniam figitur absq; eo quòd

quòd in terram vertatur: & similiter figitur conversione ejus in terram : nam per festinantiam ad eius fixationem , quæ fit per præcipationem, figitur & in terram vertitur : & per successivam iteratâ vice illius sublimationem figitur similiter & non vertitur in terram : imò dat fusionem metallicam. Et illud idè est, quia viscosam , & densam habet substantiam : cujus signum est constrictio illius cum imbibitione & commixtione cum rebus sui generis. Itaque manifesta in illo viscositas ejus propter multam sui adhærentiam constat. Densam autem illud habere substantiam manifestè monoculus videt propter gravedinem sui ponderis immensi : quoniam præponderat auro cum in suâ fuerit naturâ. Est autem fortissimæ compositionis propter naturam vni formem : quia non separatur in partes, ut nullatenus se dividi permittat. Nam aut cum suâ totâ substantiâ in igne permanet stans; aut exigue cum tota pariter sui substantia recedit. His ergò relinquitur Argentum vivum figi posse sine ipsius humiditatis radicalis consumptione : & absque illius in terrâ conversione. Et idè notatur in eo causa perfectionis vera : quoniâ ipsum solum sufficit in unoquoq; gradu scilicet cū ignitione & sine ignitione. Propter enim bonâ partium adhærentiam , & fortitudinem suæ mixtionis, si aliquo modo suæ partes inspissentur per ignem ulterius non permittit se corrumpi : nec per inagressionem furiosæ flammæ illud in fenum patitur evolare. Quoniam ratificationem sui non suffert propter sui densitatem , & adustionis

caren-

carentiam quæ per sulphureitatem quam non habet perficitur : & hoc satis sufficienter probatum est superius. Sulphur quod est terra sicca gravis, esse dicimus perfectionis corruptionum : quoniam si fixum fuerit fusionem rectam impedit, ut patet in ferro quod non funditur, quia fixum in eo sulphur inesse cognoscitur. Si verò fixum non fuerit, fusionem rectam impetit, vel anticipat, vel ab igne corrumpitur, comburitur & evaporat: ut patet in plumbo, & alijs corporibus infirmis. Et ideo Sulphur non est de virtute nostræ artis, neque de perfectione eius : quoniam impedit in omnibus operibus suis, sed Mercurius vivus in omnibus suis operationibus est manifestè perfectissimum, & probatissimum, quoniam adustionis est salvativum, effusionis effectivum cumfigitur : & est tinctura rubedinis uberrimæ perfectionis fulgidi Splendoris. Et non recedit à commixto donec est, & est amicabile, metallis placabile ac medium conjungendi tincturas, quoniam miscetur per miniam cum ipsis. Et etiam in profundo naturaliter adhæret : quia est de natura ipsorum : Veruntamen cum Sole & Lunâ miscetur facilius : eo quòd ipsa magis suam naturam participant. Attamen non submergetur aliquid in eo nisi Sol: Ex hoc itaque maximum elicias secretum, quod Mercurius in se recipit, quod suæ naturæ fuerit : & alienum respuit, eo quòd sua natura magis gaudet quàm extranea. Et hoc enim manifestè relucet, corpora majoris esse perfectionis quæ plus Mercurij sunt continentia: & quæ minus

minus minoris. Lautetur ergò omnium opifex Deus gloriosus & benedictus, causator optimus & altissimus, qui ex vili creavit pretiosum, ut cum mineralibus maximè in naturâ teneat symbolum: & dedit illi substantiam & substantiæ proprietatem, quam contingit ullam minimè ex rebus in naturâ possidere: quoniam ipsum solum est, quod ignem superat: & ab igne non superatur: sed in eo amicabiliter quiescens gaudet. Ipsum namq; solum cum sit metallicum continet in se totum quo indigemus in nostro Magisterio: quoniam omnia alia cum fiat combustibilia igni cedunt, & in favillam abeunt.

CAPUT. V.

Quòd Argentum vivum continet in se Sulphur suum.

MAnifestum est igitur quòd Argentum vivum cōtinet in se Sulphur suum bonum fixum, quo coagulatur in Aurum & Argentum secundum diversum disponendi modum. Nam juxta Philosophum Argentum vivum, & si fuerit purum coagulabit illud vis sulphuris albi nõ urentis in Argentum. Et illud est res optima, ut per artificium Alchimistæ faciant Elixir ad Argentum. Si verò Sulphur fuerit optimum, cum rubore clarum & fuerit in eo vis igneitis simpliciter non urentis, erit res optima: ut ex eo fiat Elixir ad Aurum. Quare benè tradidit Philosophus, primò Sulphur album ad Argentū, postea rubeum ad Aurum: quia non potest fieri Aurum

Elixir ad Argentū.

Elixir ad Aurum.

rum nisi prius fuerit Argentum: quoniam non est transitus de extremo ad extremum nisi per medium. Non ergo potest fieri transitus de nigro ad perfectum citrinum nisi fuerit primò album: quoniam citrinū ex multo albo, & paucissimo rubeo est compositum. Nec potest fieri etiam de citrino trāsitus ad album nisi primò fuerit nigrum: quoniam non potest Aurum fieri Argentū nisi primò fuerit destructū, & corruptū & nigrū: quia quod est melius non potest fieri deterius, nisi per sui corruptionem. Nam generatio unius corruptio est alterius: idè qui novit Aurum convertere in Argentum, novit & Argentum convertere in Aurum: quoniam Sulphur non urens album ad Argentum potest fieri per majorem digestionem Sulphur rubeū ad Aurum: quoniam citrinatio nihil aliud est quàm completa digestio: nec albedo aliud est, quàm nigredinis ablatio, calor namq; agens in humido efficit primò nigredinem, & agēs in sicco operatur albedinem, & in albo citrinitatem. Et hoc quidem in calcinatione plumbi attēdi potest, quod convertitur in cinerē nigrum, postea in album, deinde in nimium citrinum vel rubeum. Sic Sulphur album, vel rubeum habetur ex unâ metallorum materiā ad plenum depurata, modo tamen diverso digesta & decocta. Idcirco dicit Philosophus quòd omni Argento inest Sulphur album, sicut omni Auro inest Sulphur rubeum. Sed tale Sulphur non invenitur super terram ut dicit Avicenna, nisi quod in istis duobus corporibus existit. Et idè ista duo corpora subtiliter præparemus, ut Sulphur & Argentum vivum de

*Sulphur
tale non
invenitur
super terram.*

illâ materiâ habeamus super terrâ, de quâ Aurum & Argentû efficiebatur sub terrâ: ipsa namque corpora lucentia sunt, quibus insunt radii tingentes cætera corpora albedine, & rubedine verâ secundum quod ipsa fuerunt præparata. Nam per nostrum Magisterium corpus perfectû iuvat, & imperfectum perficit, sine admixtione alterius rei extraneæ. Aurum itaq; cum sit pretiosum, omnib. metallis est tinctura rubedinis, tingens & transformans omne corpus. Argentum verò est tinctura albedinis perfecta albatone tingens cætera corpora. Cum illis namq; corporibus, scilicet Sole & Luna miscetur Mercurius, & figitur per ipsa maximo ingenio: quod minimè pervenit ad artificem duræ cervicis.

CAPUT. VI.

Quod unus est Lapis Philosophorum.

OPortet igitur inquisitorem hujus scientiæ constantis voluntatis esse in opere. Nemo hoc modo illud præsumat attendere: quoniam in rerum multitudine ars nostra non perficitur, una enim est. Est enim Lapis unus una Medicina, cui nihil extranei additur nec diminuitur, nisi quod superflua remonentur. Omne enim sulphur linternum id est vulgare vel butyrum Argentum vivum est extraneum, eo quòd sui ipsius est destructivû, vel corruptivum: è contra verò illud non est extraneû in quo habet ipsum converti per Magisterium nostrum: scilicet in Aurum & Argentum, Quare nihil convenit rei, nisi quod est ei propinquius ex sui natura. Non enim generatur ex homine nisi homo, neque ex aliis

aliis animalibus nisi similia sibi, quoniā unum-
quodq; quod generatur, sibi simile cōsequitur.
Vera igitur utamur naturā: quoniam nō emen-
datur nisi in suā naturā cui nihil alienum jun-
gitur. Nolite igitur introducere nec pulverē nec
aquam nec ullam rem. Quippe quia diversæ na-
turæ Lapidem nostrum non emendant, nec in-
trant in eo quod non sit ortum ab eo: quoniam
si aliqua extranea sibi apponantur, statim cor-
rumpitur: & non fit ex eo quod fieri quæritur.
Ex rebus ergo corporalibus maximè cōvenien-
tibus in natura necessariò est Medicinam colligere,
unde oportet, quod ipsa Medicina illis in
naturā cōveniat, & eis in profundo maximè co-
hæreat. Ita quòd diminutū perficere compleat,
& etiam quod Mercurius per minima ante illius
fugam misceatur. Sed nullum corpus in suā na-
turā inanens Mercurius coagulat nec ei firmiter
adhæret: nec etiam ipse Mercurius per se mede-
tur infirmis corporibus, quoniam in examina-
tione separatur ab eis. Nam grossa simplicibus,
& simplicia grossis minus benè cōveniunt. Sub-
tilioris ergo substantiæ & liquidioris fusionis ne-
cesse est illam Medicinam esse, quam ipsa cor-
pora & fixationis ac retentionis quàm sit Argē-
tum vivum in suā naturā.

CAPUT. VII.

Ex quibus extrahitur Lapis Philosophicus.

Quari ergo non immeritò potest unde hæc
nostra maximè possit elici Medicina. Qui-
bus respondētes dicimus, quòd in quibus est, ex
illis elicitur. Est autem tam in corporibus quàm

etiam in Argēto vivo secundū naturam: cum unius sint repurata naturæ. Sed in corporibus quidem difficilius, in ipso vero Mercurio vivo propinquius, non autem perfectius. Et illud idē, quia non est corpus dignius Sole, aut prius aut ex eius umbrâ scilicet Lunâ: sine quibus nūllū Argentum vivū generatur tingens. Qui verò absq; isto Argēto tingere nititur, cæcus procedit ad practicam, sicut asinus ad cœnam. Nam Aurum aureum, Argentum argenteum tribuit colorem. Qui ergo Argentum vivum cum Sole & Lunâ tingere novit, venit ad arcanum, quod dicitur Sulphur album optimum ad Argētum: quod cum rubeum efficitur, erit Sulphur rubeū optimum ad Aurum. Ab illis igitur Corporibus extrahitur Sulphur nimium album, & rubeum, cum in ipsis sit purissima Sulphuris substantia ingenio naturæ summè depurata, quod, secundū Albertum, est clarius & subtilius: quia in depuratione ipsius est ars debilior: nam nec consequitur eam, licet multum laboret. Pater enim eius est Sol, Luna mater est: quia ex illis corporibus cum suo sulphure, vel arsenico præparato nostra Medicina elicitur: ex corporibus similiter Solis elici potest ipsa. Ex solo autem Argēto vivo facilius & propinquius perfectiusq; invenitur: cū sit pater omnium istorum luminarium & omnium liquabilium: ab ipso siquidem omnia fiunt. Et idē in ipsum omnia resolvuntur: quoniam Natura naturam amplectitur, propriam amicabilius, magisq; gaudet cum eâ quàm cum extraneâ. In ipso namq; est facilitas extractionis illius subtilis substantiæ: cum jam in actu

*Sulphur
album.
Sulphur
rubeum.*

in actu habeat substantiam. Relinquitur ergo Medicinam nostram esse purissimam, & subtilissimam substantiam quæ ex Argento vivo materia originem suam ducit, & ex illa creata est. Non est autem materia Argenti vivi in suâ Naturâ, nec in suâ substantiâ totâ: sed fuit pars illius. Non autem quæ est nunc: cum Lapis noster factus est simpliciter Argentum vivum, licet fuerit pars eius: quoniam ipsum illuminat, & ab adustione defendit, & conservat: quod est causa perfectionis. Igitur cujuscunq; causa tantum generationis sit Medicina: tam quidem in corporibus, quàm in ipsius Argenti vivi substantiâ Lapidis pretiosi indagatur substantia. Consulo tamen quod non opereris nisi cum Mercurio & Sole ad Solem, & Mercurio & Luna ad Lunam, quoniam beneficium totum hujus artis consistit in ipsis tantum.

CAPUT. VIII.

*Quod impossibile est Lapidem perfici ex sola
Metallorum substantiâ sine
materiâ.*

Igitur si in primâ naturæ materiâ opus nostrum vellemus incipere, esset longissimum, & impossibile, & etiam magnæ, & quasi innumeræ requirerentur expensæ ad hoc perficiendum. Et cum demum per difficillimū artificium Lapis fuerit factus de naturâ Metallorum, tamen opus Philosophicum sive Physicum nondum est inceptum: quippè quia est necessarium quod Lapis Philosophorum elici possit de naturâ duorum corporum, antequâ de eo fiat Elixir

*Lapis Philosophorum
potest elici
de natura
duorum corporum.*

completum. Quoniam est necessarium, ut illud quod est Elixir magis sit depuratum & digestū, quam Aurum & Argentum : eò quòd ipsum Elixir habet convertere omnia imperfecta, aliā perfectione diminuta, corpora in Aurum vel in Argētum: quod ipsa minimè perficere possunt: quia si de perfectione suā alteri darent, ipsa imperfecta existerent: eò quia non possunt tingere nisi quantū se extendunt. Et ad hoc fiet operatio in Lapide nostro, ut melioretur eius tinctura in eo plūs quàm in suā naturā, ut fiat Elixir juxta sapientum allegoriam compositum ex speciebus compositis condimentum, Antidotum Medicinæ & purgamentum omnium corporum purgandum: & transformandorum in Solificum verum & lunificum verum. Sed moderni operatores finem credunt operis esse cum incipiunt opus : quoniam tamen in tantum laboraverunt, ut opus eorum sit de natura Metallorum, credunt complevisse Elixir perfectum. Sed quando faciunt projectionem nihil ibi inveniunt qui operari desistunt, ubi incipere debuissent.

CAPUT IX.

Quid sit Corpus primum Philosophicum.

Opus namq; Philosophicum est dissolvere Lapidem in suum Mercurium : ut in primam reducatur materiam, unde Philosophus in lib. 4. *Meteororum*, hujus artis sophisticos illudit artifices Alchimic, dicens: species transmutari

tari non posse. Quod quidem simile verum est nisi, ut species ipsæ, ut postea subdit, in primam suam materiam redigantur: quæ, quidem materia prima est Argentum vivum, cum ipsum sit Elementum omnium ductibilem. Tunc enim in aliam formam quàm prius essent, benè permutantur: non quidem species, sed individua specierum, quoniam ipsa individua actionibus sensibilibus sunt subjecta: eò quòd in se sunt corruptibilia. Species verò cum sint universales, actionibus sensibilibus non sunt subjectæ, & ideò non sunt in se corruptibiles. Species igitur Argenti, quæ est argenteitas non mutatur in speciem Auri, quæ est aureitas, nec è converso, quia species verè permutari, non possunt: sed individua specierum benè permutantur, cum in suam primam materiã rediguntur: quia cum formã istius individui fuerit corrupta vel illius, & in primam materiã resoluta, benè permutatur, & necessariò introducitur alia forma: quia corruptio unius est introductio alterius. Hoc sciendum est, quòd nulla materia potest ita destrui, quin sub aliquã maneat forma. Vnde destructa una forma, immediatè introducitur alia ad hanc operationem, vel ad illam disposita. Ideò dicit Philosophus: Indiges tu qui vis operari, ut in solutione & sublimatione duorum luminarium primò labores, quia primus gradus operationis est, ut fiat Argentum vivum ex ipsis. Notate ergò verba, & signate Mysteria, quoniam in hoc opere declaratur quis sit Lapis: cum principium sui operis sit dissolutio ipsius. Oportet igitur figere sublimare & calcinare

Argentum vivum est materia prima, & Elementum omnium Elementorum.

Nulla materia potest ita corrumpi, quin sit sub aliã formã.

ipsum, ut sic demum solvatur in **Argentum vivum**, quod Philosophis est contrarium: unde etiam dicunt Philosophi: nisi corpora fiant incorporea, sive non corpora, vel volatilia, & è cōverso, nihil operamini. Verùm ergò principium nostri operis est dissolutio Lapidis: quia corpora soluta, in naturam primam spirituum sunt redacta, nisi quia magis sunt fixa: quia spiritus sublimantur cum eo. Nam solutio corporis fit cum congelatione spiritus: & congelatio spiritus est cum solutione corporis: tunc enim miscetur Corpus cum Spiritibus vel Spiritu: & fit unum corpus cum eis vel cum eo: & nunquā separantur: sicut nec aqua mixta cum aquā: quoniam omnia tunc ad suam naturam homogeneam primam sunt redacta. Prima verò homogeneitas Metallorum est **Argentum vivum**. Cum ergò in ipsā homogeneitate solvuntur, simul conjunguntur: & nunquam separantur: quoniam tunc utrunq; agit in suum socium sibi similem.

Aristoteles.

Quomodo Alchimista possunt transmutare corpora Metallorum.

Vnde dicit Aristoteles, quòd Alchimistæ corpora Metallorum verè transmutare non possunt, nisi prius ipsa redigantur ad suam primam materiam. Tunc enim in aliam formam à primā diversam benè rediguntur. Quoniam contra hoc non stat ratio: quippe quia destructa una forma, immediatè alia introducitur, ut patet ex operibus Rusticorum, qui ex lapidibus faciunt calcem, & de cineribus vitrum. Sic & multò fortius potest Sapiens studio suo per Magisterium naturale seu Artificium nostrum ista corpora corrumpere, & in illis novam formam introducere: quia intentio nostræ operationis

non

non est aliud nisi quod eliciatur, & eligatur purissima substantia Mercurii in istis corporibus: quoniam Elixir consistit in illis tantum & non in aliis.

CAPUT. X.

Quid sit Lapis & quo indiget in operatione ut sit Elixir completum.

Hic est igitur Lapis noster famosus: quia nō fit transitus de extremo ad extremum nisi per medium. Extrema autem nostri Lapidis in primo latere est Argentum vivum, in secundo verò est Elixir completum. Media namque istorum aliqua aliis sunt magis depurata, decocta & digesta: & illa sunt meliora, & operi propinquiora, quod & carissime te ignorare non credo, sed benè scire: non ergò ob hoc erres: quoniam si seminaverit homo hæc, & metet. Nam semen suo semini correspondet, & omne arbutum proprium affert fructum juxta genus suum. Natura quidem est sapiens semper perfici appetens: quoniam in se semper continet incrementum suum. Quare dicit Avicenna. Nisi Aurum & Argentum viderem, pro certo dicerem, Alchimiam non esse veram artem. Quamvis igitur Lapis noster hîc tam in se tincturam naturaliter contineat, quàm in corpore tenui creatus à quocunque motum per se non haberet, ut sit Elixir completum nisi moveatur arte & operatione. Et idè artes diversæ à diversis Philosophis sunt inventæ, ut compleatur per artificiū quod à naturâ est relictum.

Avicenna

incompletum , quoniam natura prona est ad sui perfectionem. Prudenter ergò & non casu operare, & scias Lapidis naturas & fortitudines, & quis Lapis cujus lapidis sit amicus, vel inimicus, videq; ut agnoscas quod ipse fecerit. Et antequam facias crassum fac gracile : fac ponderosum leve, asperum lenifica , mollicia durum, amarum dulcifica , & habebis totum Magisterium. Scias, ergò quod suarum operationū, aliæ Medicinæ auri sunt, quibus cōvenit participare de Argento in aliquibus, & aliquib. diversificare: quoniā in principio suæ operationis opus Auri & Argenti per omnia convenit, in modo verò fermentationis discrepant, quoniam fermentum operis Argenti, Argentum est. Fac ergò unam quamque speciem cum sua specie, & unum quodque genus cum suo genere : quoniam opus est albi ad albificandum, & opus rubei ad rubificandum. Non ergò misceas opus Lapidis cum opere alterius operis : quoniam vehementer errares , si secus faceres. Alia quippe corpora possibile est quòd operentur, sed non erunt bona sicut illa: quippè quia Medicinam quam non habent dare non possunt. Impossibile siquidem est non fixum figere, & immundum mundare, quia nō invenitur in re, quod in eā non fuerit antea, nec aliquis dare potest, quod non habet. Quare licet uti possis cum indiges, vel si nō possis habere in istis illud quod est majoris temperantiæ, & minoris fecis, si indigueris usu eorum, oportet primò, ut convertas ea in similitudinem duorum corporum perfectorum, quod nunquam fiet, nisi Sol & Luna
in uno

in uno corpore conjuncta præjiciantur desuper ipsa. Quippe quia Mercurius cum sit de suâ naturâ conversivus, sit unum quodq; cum singulis quos amplectitur ex Planetis. Si jungatur cum plumbo, plumbum erit: si cum ferro, ferrum erit, & si cum aliis corporibus erit confirmile eis. Si autem cum istis duobus jungatur radiis, sit Elixir perfectum. Non ergò operandum est nisi de istâ nobili materiâ, quia non fiunt res aliquâ ratione nisi secundùm eorum naturam. Quicumq; ergò quærit à naturâ quod in ipsâ non est, fatuus est, & laborem perdit. Non comedas ergò de filio cujus mater menstruum patitur. Quem si comedis leprosus eris, & tu & opus tuum: sed frustum comede de carne pingui, & habebis Aurum & Argentum quantum volueris. Ne quæras à naturâ quod in ipsa non est, quoniam fatigares animâ tuam in vanum. Hæc extracta sunt à Morieno Doctore veraciq; Philosopho, rubrica. Nihil reputans inde lucrum si ita faceres, sed benè facias unguentum de sulphure, & blanqueto: quoniam res cujus caput est rubeum pedes albi, oculi verò nigri est Magisterium. Intellige quod dico: quoniam omnia verè sunt verissima, quælia nunquam

Mercurius sit unumquodque, quod amplectitur.

Elixir perfectum

Philosophus aliquis tradidit
meliora.

ROSARII PHILOSOPHORVM AC OMNIVM SE- cretorum maximi secreti liber secundus.

CAPITA LIBRI II.

1. De investigatione perfectâ Lapidis Philo-
sophici.
2. De prima Lapidis regimine quod est dissol-
vere.
3. Quomodo Mercurius depuratur & pur-
gatur.
4. De Lapidis inhumatione.
5. De recapitulatione primo regiminis.
6. De secundo regimine quod est ablueri.
7. De dissisione Lapidis per quatuor Elementa.
8. De ablutione Aqua.
9. De ablutione Aeris.
10. Quomodo ab omni re extrahitur Oleum.
11. Quae differentia est inter aquam & oleum.
12. De ablutione ignis & terra.
13. De recapitulatione secundi regiminis.
14. De tertio regimine quod est reducere.
15. De modo reducendi aquam super terram.
16. De modo sublimandi & albisfandi terrâ.
17. Quomodo Sulphur album fit rubrum.
18. De recapitulatione tertij regiminis cum
sublimatur terra.
19. De quarto regimine quod est figere, & quod
fermentum alius fixum est necessarium
ad figendum.
20. Quod

20. *Quod pondus fermenti debet excedere pondus Sulphuris vel esse aequale.*
21. *Quae sunt utilitates magisteriorum.*
22. *Quomodo debemus servare quantitatem uniuscujusque.*
23. *Quomodo Elementa sunt corrigenda, & quomodo acquiritur fuso Medicina non fundentis.*
24. *De ponderibus Observandis in fixatione.*
25. *De fixatione Elixiris in compositione ad album & de reductione aquae.*
26. *De reductione Aeris super Elixir ad album.*
27. *De increatione Elixiris albi.*
28. *De compositione Elixiris rubei.*
29. *De multiplicatione Medicinae.*
30. *Quomodo debemus intelligere solutionem, sublimationem & coagulationem.*
31. *De modo faciendi projectionem.*
32. *De recapitulatione totius Magisterij.*

CAPUT I.

De investigatione perfecta Lapidis Philosophici.

MAnifestum est ergo operationem Medicinæ esse operationem naturæ, ipsamque Medicinam esse eandem naturam: eo quod ipsa Medicina solum est composita ex Naturâ. Certum quippè est, omnem rem esse de eo in quod resolvitur. Nam gelu mediante calore in aquam convertitur. Clarum est ergo aquam ipsam prius fuisse quàm ipsum gelu, sic omnis Lapis noster resolvitur in Argentum vivum per Magisterium nostrum: ergo prius ipse fuit

L. 7

Argen-

*De trans-
mutatio-
ne Elemē-
torum ad
invicem.*

Argentum vivum. Modus autem convertendi ipsum in Argentum vivum, est conversio naturarum in suam primam radicem : naturā namque convertere est Elementa circulariter rotare : sunt autem Elementa de aptitudine suā ad invicem conversiva, & ideò generantur & ad invicē alterantur. Convertite ergò Elementa, & quod quæris invenies : quia nostra operatio non est nisi naturarum mutatio, & eorum Elementorū frigidum cum calido, & humidum cum sicco amicabile commixtio : veruntamen non convertitur siccum in humidum, nisi prius fuerit frigidum, id est aqua : nec frigidum convertitur in calidū, nisi prius fuerit humidum. Namque transitus non fit ab extremis nisi per medium. Terra non convertitur in aërem, nisi prius vertatur in aquā. Aër quippe & Aqua sunt Elementa media. Ignis & Terra sunt Elementa extrema. Aër vero est juxta ignem, sicut terra juxta aquam, & ideò aqua contrariatur igni & terra aëri, quia aqua frigida est & humida : ignis calidus & siccus, terra verò frigida & sicca : aër autem calidus & humidus est. Et sic aqua & aër conveniunt in humiditate : ignis verò & terra in siccitate. Et ideò unum in aliud convertitur, & similiter ad invicem : ideò immediatè convertuntur, ac tardius ab invice separantur. Econtra autem aër & terra, ignis & aqua ad invicem non convertuntur : nisi ignis in aërem, & terra in aquam prius convertantur. Si ergo siccum convertitur in frigidum, & frigidum in humidum, ac humidum in calidum, & calidum in siccum, tunc habebis totum Magisterium. Modi verò reginimis
ad

ad invicem convertentes sunt quatuor principales, scilicet: Solvere, abluere, reducere, & figere. Solvere crassum in simplicum & subtiliare: Abluere obscurum in lucidum: Reducere humidum in siccum: Figere volatile supra corpus fixum: solvere est dividere corpora & materiam vel naturam prima facere; abluere est inhumare, distillare, & calcinare: reducere est incerare, impinguare vel imprægnare & subtiliare: figere est desponsare, resolvere & coagulare: per primum mutatur natura interius: per secundum exterius: per tertium superius: per quartum inferius.

*Quatuor
modi regimi-
nis con-
vertentes
ad invicē.*

CAPUT. II.

*De primo Lapidū regimine
quod est dissol-
vere.*

Lapidem siccum grossum dissolvere in Argentum vivum, ut in suam reducatur materiam primam, fit solum per Argentum vivum: cō quod per ipsum solum habet Solem & Lunam at suam naturam vel materiam primam redigere. Sed quia Argentum vivum habet in se fæculentiam terream, & adustibile absque inflammatione, & substantiam aqueitatis, necesse est superflua demere, & absentia implere vel supplere, si plenam Medicinam volumus facere vel trahere. Oportet autem omnino demere per sublimationem terrenam fæculentiam, nec humidū in projectione creet calorē, & aqueitatē ipsius. Simili modo fugitivam substan-

stantiam quoad Medicinam illius solvere oportet : de cuius proprietate est mundare : & ab adustione defendere, & etiam figere, ex fixum facere. Ideoq; contingit ex ipsius Medicinæ diversitate secundum eius diversam depurationem quandoque creari Saturnum, ex illa, quandoque Iovem, quandoq; Venerem, quandoq; Martem, quandoq; verò Lotonem, quod ex impuritate necesse est evenire.

CAPUT III.

*Quomodo Mercurius depuratur
& purgatur.*

Ingenium igitur ipsius terreæ substantiæ superflue remotionis, est ipsum semel vel bis sublimare à vitro & sale, donec ipsius albissima sumatur substantia. Cum vero albissima ascenderit, projice in ferventi aquâ donec redeat in Argentum vivum. Post tolle ab eo aquam & operare cum eo : quoniam non est bonum operari cum ipso, nisi prius hoc modo purgetur. Vnde dicit Avicenna. Primum quoque facere incipere est, ut sublimetur Mercurius : postea solve eum, ut redeat, in primam materiam suâ : & sublima totum. Tunc in hoc Mercurio mundo mitte corpora munda : aquali lance librata. Veruntamen non misceas corpus album cum rubeo, nec rubeum cum albo : sed unum quodque seorsum dissolvere in partem : quoniam aqua alba est ad albificandum, aqua rubea ad rubificandum. Non ergo misceas aquam unius Lapidis cum aquâ alterius, aut cum alio Lapide : quo-

quoniã vehementer errares, & excæcaberis si sc-
cūs feceris. Ab hinc vice post vicem, contere &
imbibe & coque in Balneo Mariæ, & post distil-
la per Filtrum quousq; transeat ipsum: Collige
tamen separatim nigrum: quoniam illud est
oleum ac verum dissolutionis signum: quia
quod est solutum pervenit ad sublimitatis fi-
nem unde separatur ab inferioribus ascendens
sursum ac petens altiora loca, ut corpus aure-
um. Custodi autem ipsum cautè, ne volet in
fumum. Præterea quod facis in albo, fac & in
rubeo: quoniam hæc Medicina in essentia est
una, & in modo agendi similiter una: est tamen
in rubea additamentum citrini coloris, quia
Sulphuris fixi substantia mundissima efficitur.
Differentia tamen est inter solarem & Lunarem
Medicinam: eò quòd hoc quidem illud conti-
net: illa verò non: quoniam indiget mundis-
simo Sulphure albo, sicut hæc indiget rubeo.
Sufficiunt hæc duo corpora: eò quòd assimi-
lantur querito, vel ei quod quæris: sed opus est,
ut in solutione, sublimatione & subtiliatione
eorum labores. Sunt enim fortia, & indigent
præparatione longâ & operatione continuâ:
ut primò calcinentur, & postea solvantur: quo-
niam cum calcinata fuerint, facilius solventur:
quia calor ignis penetrans partes corporis, facit
aquam ingredi post ipsum, & sic est magis solu-
tionis susceptivum: veruntamen si calcinaveris
corpus crassum: quod etiam dissolutivum est,
seponas, & quod remanet ad Filtrum, accipias
cautè ipsum, ne evaporet totum, & pereat Ma-
gisterium. Idcirco cum istud sit grave perficere
& dif-

& difficile, expedit corpora grossa solvere per aquam solum, id est, per Argentum vivum sine calcinatione: quoniam istud est tutius licet in opere sit tardius. Esto ergo longanimis, nec festinanter extrahas tincturam, nec festinanter, aut velociter quæras perficere: quia primus error in hac arte est festinatio: quia comburit omnia & ad remotum perducit. Nam ignem si multum feceris in principio mixtionis eius, eveniet in tincturis detrimentum: quoniam comburuntur Medicinæ pernimas caliditates, unde versus,

Disipe rem captam prius per partem satis aptam:

Leviter extractam, sic missam contere factam:

Hec non festinè sed temporis ordine fac:

Albumen urina disponit membra ruina.

Patienter igitur sustine, contere quoque & reitera, & non pigeat te hoc ipsum reiterare: quia quæ imbibuntur, per aquam mollescantur. Et quantò magis teres, tantò magis mollescas: & quantò magis mollescas: tantò magis partes grossas subtilias, donec uniantur, & ab invice non dividuantur: quoniam spiritus cum corpore tunc inspissantur: & omnia quæ impastantur, dissolvuntur: & impastatio fit cum nimia trituratione, & assatione. Nam per contritionem, incerationem & assationem dividuntur partes ligatæ viscositate aquæ, quæ viscositas est in corporibus. Corpora verò soluta, ad naturam spiritus sunt redacta, & nunquam separantur: sicut nec aqua mixta aquæ. Quippe quia natura lætatur: quoniam sponsus cum sponsa copulatur. Quæ verò non dissolvuntur,

NON

non habeat partes subtiles, nisi molliſſices : ideo cariffime indiges , ut in diſſolutione Lapidis labores / ſcilicet partes ſuas puriores diſgregans ab ipſis , ut gravioribus partibus abjeſtis , opus cum levioribus perficiatur.

CAPUT IV.

De inhumatione Lapidis.

LApide autem diſſoluto, accipe totum & pone ſuper calorem temperatum , ut putrefiat & digeratur melius : Videlicet per mensem Philoſophorum , id eſt per xxx. dies : quoniam auſtione in animalibus per inhumationem tollitur , & decoctionem. Decoque ergo complete ut ebulliant omnia ſimiliter levi igne , & in materiam primam redeant , & ſint Argentum vivum. Hoc autem habito ſolvitur illa auctoritas *Ariſtote. lib. 4. Meteororum*. Sciant artifices Alchimiſtæ, ſpecies tranſmutare non poſſe. Quod quidem verum eſt, niſi prius ut ſubditur, in ſuam primam reducantur materiam. Tunc autem in aliam formam à priori diverſam bene permutantur. Non quidem ſpecies, ſed in dividua ſpecierum permutantur : quoniam ſunt corruptibilia ipſa , & actionibus ſenſibilibus ſubjeſta. Materia namque nullo modo ita poteſt deſtrui, quin ſemper maneat ſub aliquâ formâ: vnde ſoluta prima corporis forma in Mercurio mediâte, introducitur nova forma, corrupta ipſorû forma. Quæ quidē forma eſt in colore nigra , in odore ſœdita, in tactu ſubtilis & diſcōtinuata: & hoc eſt ſignū perfectæ diſſolutionis corporû: quia calor
agens

agens in humido, primò generat nigredinem. Quæ quidem nigredo est caput Corvi : sed est principium operis nostri, quod est dissolvere Lapidem nostrum in Mercurio, vel in aquam mercurialem. Modo habes primum regimen Operis.

CAPUT V.

De recapitulatione primi Regimini.

MOdò dicam breviter totum dissolutionis modum. Sublima ergò primò Mercurium, & deinde solvas ipsum : hinc in corpora ipsum cum terrâ totâ & igne, & pariter de coque quousq; redeant ad primam suam materiam : & hoc ideò fit, ut habeamus Sulphur & Mercurium de illâ materiâ, de quâ Aurum & Argentum efficiebantur subtus terram : quia si verum Sulphur fuerit, & Argentum vivum, benè possumus ex ipsis Aurum & Argentum facere. Hoc autè Magisterium non est nisi pro divitibus & mundi altioribus : & qui habet ipsum, habet Thesaurum sempiternum. In ipso ergò tria sunt inquirenda, puta subtile ingenium artificis : opera manuum & arbitrium. Quod quidem requirit divitias, sapientiam & Libros.

CAPUT VI.

De secundo Regimine quod est abluere,

Secundum autem Lapidis Regimen, est abluere nigrum corruptum & fœditum, ut sit
nimis

nimis lucidum, clarum, & à sordibus vacuum. Quod quidem fieri nullatenus convenit sine Elementorū divisione, & Aquarum distillatione & Lapidis dissolutione: quia Elementorum duo sunt lapidea, & duo aquatica. Lapidea sunt ignis & terra: quia sunt sicca. Aquaticā Verò sunt aer & aqua, quia sunt humida. Ignis ergò comedit illud quod in exterioribus existit: quoniam comedit, & vastat: & devastat sordes aquarum per destillationem: & subtiliat eas per aeris levificationem: comminuit etiam grossitudinem Lapidis per calcinationem, & devorat salsedinem sulphureitatis eorum. Et ideò Lapis noster in quatuor Elementa dividitur, ut magis subtilietur, & ut magis à sordibus depuretur & postea firmitus conjungatur. Sed nunquam fuit aliquid natum, ut crescens, nec animatum nisi post putrefactionem. Ideò putrescunt, ut magis digesta melius separentur. Quippè quia si putrefactum non fuerit, fundi non poterit, nec solvetur: & si solutum non fuerit, ad nihilum redigetur.

CAPUT VII.

*De divisione Lapidis per quatuor
Elementa.*

Accipe ergò Lapidem sic corruptum, & divide ipsum per quatuor Elementa per distillationem, primò per levem ignem æqualiter continuatum & recipe suam aquam: deinde paulatim roborare ignem, donec receperit aërem igne mixtum. Quod verò remanet in fundo com-

combustum, terra est nigra sicca. Scio autem quòd distillatio aquæ debet fieri in Balneo Medicinæ, eo quòd subtiliores Lapidis partes sine calore ad naturam simplicis aqueitatis approximantes per eam distillabuntur. Aer verò & ignis per cineres distillantur: eò quòd per ipsos, cum ignitionem sustineant, contingit calores, & grossiores terreas partes sursum elevari. Subtilior ergò separatio per aquam, cum non sustineat ignitionem, melius quàm per cineres elicitur. Isto igitur modo divides quatuor Elementa: eò quòd oportet extrahi aquam ex suâ substantiâ humidâ, & non ex aliâ, quod in eis est major tinctura. De terrâ verò non cures cuius sit substantiæ, dum tamen fuerit alba & fixa substantia. Terra desiccatur & figitur: Aqua verò mundificatur & abluit, Aer & Ignis tingunt & fluere faciunt. Ideò oportet, ut sit aqua multa & aer multus: quoniam multitudo tinctura tantâ erit, quanta multitudo aeris erit. Svideas ergò carissime in omnibus operibus eius Mercurium superare in mixtione, ut satis habeas de aëre, quoniam si per ipsum solum perficere poteris, pretiosissimæ perfectionis naturæ vincentis indagator eris. Veruntamen infirmè teneas quòd omnium capitulorum hujus pretiosissimæ artis non excedit precium ipsarum Medicinarum expensa quinquaginta argenteos, ex primâ operatione computando. Oportet tamen ipsam Medicinam diutius assari super ignem & nutrirî sicut nutritur puer in uberibus.

CAPUT. VIII.

De ablutione Aqua.

CUm habueris Elementa, ut dictum est di-
 visa, ablue ea, scilicet aquam & aërem se-
 ptes distillando. Ignem verò & terram fortiter
 caleines: aquam tamen & aërem separatim di-
 stilles, quoniam aër est melior quam aqua, licet
 ipsa aqua abluat & dealbet terram, faciens ma-
 trimonium tincturatum: ac aër tingit terram, in-
 fundit animam & facit eam sensibilem. Vnde
 oportet, ut aër & aqua sint à sordibus mundata:
 & ab adustione tota, donec sumatur eorum tin-
 ctura, quoniam si comburantur, effectu privan-
 tur, nisi postea infuso coquantur. Idcirco inhu-
 matio in fimo interposita inter distillationem
 multum juvat, ut ad perfectę ablutionis signum
 melius deveniatur. Quod quidem signum est
 splendor, & crystallina serenitas absque fecibus
 nisi fortè albis. Feces verò aquę, quas facies in
 omni ablutione, id est distillatione vice post vi-
 cem ad partem separa & reponere in terrâ nigrâ
 superius collecta. Aquam verò septies distilla-
 tam serva separatim: quoniã ipsa est Mercurius
 Philosophorum solutivus faciēs matrimonium,
 & aquę vitę abluens lotionem, & sicut fecisti de
 aquâ albâ, ita facies de rubeâ: quoniam unum
 & eundem modum habent ablutionis & consi-
 milem effectum, nisi quod alba est ad albifican-
 dum, & rubea ad rubificandum. Non ita-
 que misceas unam cum aliâ: quo-
 niam errabis si secus fe-
 ceris.

CAP.

CAPUT IX.

De ablutione Aëris.

AB hinc divide Aërem ab igne per distillationem : quoniam quod distillatum est, purissimus Aër est : quod verò remanet in fundo, est ignis siccus. Itaque considera quæ dixi, ut opereris Lapidem humidum, & aquam, & terram solum, & ut utaris Lapide sicco ad ignem, & aëre tantum. Aër sanè est oleum, & tinctura, & aurum, & anima Philosophorum, & unguentum, quo totum perficitur Magisterium. Intellige ergò quod ignis cum aëre distillatur, quia conveniunt in caliditate ; & non cum aquâ : eò quòd aqua refugit ignem : quia contrariantur ad invicem. Aër ergò distillatur cum igne quia ipse est aqua tincta, & eius tinctura est ignis : quoniam corpus est aër, spiritu ignem deferens. Si ergò Lapidem miscueris cum igne, statim erit rubeus & semper diligenter se. Quodcunque ergò volueris rubificare, rubifica cum igne Lapidis, & erit rubeum semper.

CAPUT X.

Quo modo ab omni re extrahatur Oleum.

PONE ergò super substantiam corporis, cuius oleum extrahere volueris purissimi Mercurij tantum, ut superveniat quatuor digitis, vel plus quod melius est : deinde accende sub eo ignem lentum, donec videris eius oleum, id est aërem

aërem paulatim ascendere seu eleuari super Mercurium. Collige eum tu cautè & serua seorsum. Si autem minuatur Mercurius, adde alium mundum & calidum, & repone ad coquendum: continuè hoc facias, donec sumas eius oleum, & nil remaneat insolutum. Distilla ergò totum Alembico septies: quia ablutio eiusdem est eadem, sicut ablutio aquæ. Quod quidem in humando & distillando humiditatem fieri debet, quousq; devenerit ad Crystallinam serenitatem, absque fecibus, nisi fortè album: cuius signa sunt gutta spissior, decolor, intentior & levitas aërea, ita, ut si ipsum prædictæ aquæ misceas, suprà natet. Aërem verò sic serua ablutum, per se: quoniam est oleum tinctura, aurum, anima, & unguentum Philosophorum, quod colorat, tingit, figit & fluere facit. Tingit omnem laminam in eo ter extinctā, in Aurum vel in Argentū, secundū quod ipsum vel album erit vel rubeum. Non ergò misceas oleum Auri cum oleo Argenti, nec è converso: quoniam oleum album ad albificandum, rubeum ad rubificandum pertinet. Idcirco si illorum corporum oleum multum fuerit multa erit tinctura: quoniam multitudo tincturæ erit quanta fuerit olei multitudo.

CAPUT. XI.

*Qua differentia est inter Aquam
& Oleum.*

Differentia est inter tincturam aquæ & olei, quia aqua abluit tantū, & mundat: oleum
M vero

verò tingit & colorat. Exemplum autem hujus est: quia si pannus mergatur in aquâ mundatur ab eâ: aqua verò recedit, & permanet pannus in statu suo, & colore in quo prius erat, nisi quia est magis mundus. E contra est in oleo: quia si intingatur pannus in eo, non separatur ab eo per calorem ignis, vel aëreum, nisi ex toto id destruat: nec poterit separari oleum ab ipso panno, nisi per ablutionem, & ignis desiccationem. Aqua autem est Spiritus extrahens hanc animam à corporibus: cum verò extrahitur anima ab ipsis corporibus, remanet in ipso spiritu: quia spiritus est locus eius. Anima ergò est tinctura soluta in ipso spiritu deportata, sicut deportatur tinctura tinctorum per aquam super pannum. Deinde recedit aqua per desiccationem, & remanet tinctura in panno fixa per oleoginositatem. Si ergò est de aquâ spiritus, est in quo deportatur tinctura aëris, quæ cum reducitur super terram albam foliatam, statim siccatur aqua spiritaliter, & remanet in corpore anima, quæ est tinctura aëris. Spiritus igitur retinet animam, sicut anima retinet corpus: quoniam anima non moratur in corpore nisi mediante spiritu. Cum verò conjungitur, nunquam separatur: quia spiritus retinet animam, sicut anima retinet terram. Vnde præcipit Hermes animas venari in lapidibus. Est enim mansio earum in ipsis. Ne sis ergò in venando piger vel lentus, præcavens ne fugiant à te. Si autem fugiant, ne accipias eas cum falcone. Sunt autem reventivæ fugitivorum. Cum eis igitur est coagulatio

Hermes.

gulatione nostra: quoniam retinet fugientem. Seminante ergò animam in terram albam foliatam, quoniam ipsa retinet eam. Quoniam cum ascenderit è terrâ in cœlum, iterumq; descenderit in terram, recipiet vim inferiorum & superiorum. Non tamen misceas oleum Auri cum oleo Argenti, nec è converso.

CAPUT XII.

De ablutione Ignis & Terra.

O Lei verò feces, quas fecerit, collige omni vice, & repone cum igne: quæ ignis sunt, nigredinem tenentes ad rubedinem, quas oportet cum aquâ primâ terere, & suaviter comburere, donec fiat pulvis omninò privatus ab æris humiditate. Sic enim oportet feces etiam aquæ cum terrâ conjungere & igne accenso fortiter cakinare, quousque sit sub alba humiditate vacua. Calcina ergò ignem cum igne, & terram cum terrâ, quousque fiat munda, & nigredine privatâ. Quod autem ascenderit ab igne, illud est oleum rubeum, quod verò à terrâ est pretiosum: quoniam oleum quod tardius à corporibus separatur pretiosus reputatur. Consequere ergò omnia suo tempore, partem à parte, & serva singulariter quodque eorum.

*Calcinatio
ignis &
terra.*

CAPUT XIII.

De recapitulatione secundi Regiminis.

O Portet ergò te, secundû Platonem pro viri-
M 2 bus

bus tuis separationem Elementorum exercere, aquam & aërem abluere per distillationem : & terram comburere per calcinationem, quousq; non remaneat aliquid in corpore de animâ, nisi quod non sentiatur in operatione: cuius signum erit, cum nihil à corpore evaporabitur si de eo laminæ parum ignitæ suppositum fuerit: tunc sanè erit appropriatum : nomine spiritus, subtile purum & appropriatum, nomine animæ, tingens lucidum & appropriatū: nomine corpus, subalbum & siccum. Quippe in nullâ nostrâ operatione opus est aqua nisi candida, nec oleum nisi album vel subcitrinum : nec ignis nisi rubeus, nec terra nisi pallida sit vel subalba. Si autem præparaveris Elementa, erit terra habilis ad solvendum, aqua efficax ad digerendum, & oleum in quo portatur ignis ad tingendum superabundans. Si verò Elementa talia non habueris, signum est erroris. Igitur corrige errorem tuum : quia propinquior est operatio & præparatio in eo, quam in opere novo incipere. Elementa ergò abluta in vase sigillato, singulariter reserva & maximè oleum: quia consumit ipsum aër propter naturæ suæ vicinitatem, & scribe super totum sic, ut recorderis virtutes, nomina & colores ne unum pro alio accipias, cum operaris, & corrumpatur opus. Hæc sufficiant ad completam abluitionem Elementorum.

CAPUT XIV.

De tertio Regimine, quod est reducere.

Tertium Regimen Lapidis, est reducere aquam humidam, super terram siccam, ut recuperet perditam humiditatem: sed cum terrâ sit ex duobus corporibus, & duo Elementa sint sicca, dura & lapidea: ignis scilicet & terra in siccitate concordant, simul sunt præparanda: quoniam unam habent præparationem. Coniunge ergo grossitiem ignis cum terrâ post ævis abstractionem, & præpara insimul propter temporis abbreviationem, & etiam ut bona sit eorum commixtio, & ut non confundatur præparatio, & unius alium benè tingat: & ne urantur super ignis pugnam. Vnde præparare eos insimul est magis saluum magisque propinquum: eorum autem præparatio est, ut maiorem recipiant humiditatem. Corpus namque calcinatum est discontinuatum: eò quòd ab aqueo est omnino privatum. Vnde cum nudum sit, vacuum & multum sitiens ebibit suum humidum aqueum.

CAPUT XV.

De modo reducendi Aquam super Terram.

Infunde ergò primò quam per vices contemendo & post leviter calcinando, quousque terra ebiberit de suâ aquâ quinquagesimam partem sui. Scias autem quod oportet primò

M. 3.

terram

terram nutriri modicâ aquâ & pòst majori, si-
 cut videndū est in infantis educatione. Idcirco
 multum contere terram: paulatim eam imbibere
 cum aquâ de octo in octo dies: decoque in fi-
 mo, & postea mediocriter calcina in igne, nec
 te pigeat hoc multoties facere: quoniam terra
 fructum non gerit absque frequenti irrigatio-
 ne. Et si trituration non fuerit bona donec
 aqua fiat unum cum terrâ, nihil proficit. Non
 ergò suspendas manum à trituratione, vel à tri-
 bulatione triturationis, & assatione, donec aqua
 fiat sicca, & desiccata à terrâ albâ: quoniam
 exiccatio cum forti trituratione & assatione ter-
 ram facit albam. Caveas tamen ne imbibas
 terram nisi paulatim, & paulatim cum longa
 trituratione supple pòst exiccationem terræ: de-
 inde est pondus in hoc ubiq; notandum, ne ni-
 mia siccitas, aut superfluous humor administran-
 do corrumpant, ut videlicet tantum assando
 decoquas, quantum dissolutio adjecit: & imbi-
 bendo dissolvas, quantum assando deficit.
 Ideò omni vice post calcinationem terræ, super-
 funde aquam temperatè, videlicet neque pa-
 rum neque multum: quia si multum fuerit,
 fiet pelagus conturbationis, si verò parum,
 comburetur in favillam, quare suaviter & non
 festinanter de octo in octo diebus terram irriga-
 bis. Decoques in fimo & calcinabis, donec de
 aquâ biberint quinquagesimam partem sui.
 Et nota quòd pòst imbibitionem debet inhu-
 mari per septem dies. Itera ergò opus per mul-
 tas vices, quanquam sit longum, quoniam non
 videbis tincturam, neque proficuum perfectum
 donec

donec sit completum. Studeas ergò cum in omni opere fueris, omnia signa quæ in qualibet decoctione apparent in animo tuo recon-
dere, & eorum causas investigare. Tres quip-
pè sunt colores niger, albus & citrinus. Cum
terrâ egreditur, nigredo imperfecta est, cum ni-
gra, completa. Qualibet igitur vice paula-
tim, & paulatim robora ignem in calcinatione,
quousq; terra egrediatur alba ex ignis fortitu-
dine. Nam sicut calor agens in humido præ-
stat nigredinem, ita agens in sicco generat al-
bedinem. Idcirco si terra non fuerit alba, tere
eam cum aquâ, & postea calcinare iteres: quo-
niam Azoth & ignis lationem abluunt, & ob-
scuritatem ab eo auferunt. Nam præparatio
sua semper fit cum aquâ: ideò qualis limpida
aqua, talis limpida terra, & quantò magis fue-
rit abluta terra, tantò magis alba. Ex multipli-
ci ergò reiteratione imbibitionis cum forti con-
tritione, & frequenti assatione aqueitatis, Mer-
curii major deletur pars, scilicet aqueitatis, cu-
jus residuum per sublimationis reiterationem
similiter movetur.

Tres Co-
lores.

CAPUT XVI.

*De modo sublimandi & albificandi Ter-
ram ex recapitulatione totius
Magisterij.*

CUM autem terra exhauserit de aquâ quin-
quagesimâ sui partē, citò illam sublimato
fortiōri igne, quo poteris, donec ascēdat sursum

M 4

ad-

admodum albissimi pulveris: cum autem videris terram sicut nix albissimam, & quasi pulverem mortuum aluthel spondilibus, & ad latera adhærere, tunc super eum reitera sublimationem sine fecibus inferius remanentibus: quoniam adhæreret pars illius fixa, & figeretur cum fecibus, & nunquam per aliquod ingeniorum genus posset separari ab eis. Pulvis autem ascendens à fecibus superius, est cinis à cinere & à terrâ extractus, sublimatus, honoratus: quod verò remanet inferius est cinis cinerum: cinis inferior vituperatur, damnatus, sicut fex & scoria. Fac igitur agnitionem inter clarum & limpidum eius: quoniam cum ascenderit albissimū ut nix, completum erit. Colliges ergo eum cautē ne evolet in fumum, quoniam ipsum est quæsitum bonum. Terra alba foliata est, congelans congelandum, & mundificans arsenicum: & Sulphur album, quod Aristoteles dicit esse rem optimam, quam recipere possunt Alchimistæ, ut de ea faciant Argentum. Operare ergo cum eâ ad Lunam: quoniam est completum, & hoc quidem modo perficietur Sulphur album non urens.

CAPUT XVII.

Quomodo Sulphur album fit rubeum.

S igitur ad Aurum volueris Sulphur rubeum dissolvere, Sulphur album superius collectum in aquam rubeam per contritionem & imbibitionem, & bonam decoctionem dissolutum congela in Lapidem coagulatum. Dissolve iterum

*Sulphur
in Lapidē
coagula-
tum.*

iterum in aquâ rubeâ: dissolve & sublima totum per ignem fortissimum. Modus namq, artificis, opus deaurat, dirigit & coaptat quodcunq; in similitudinem pulveris. Ascendens sursum est Sulphur albiſſimû, quod verò remanet in fundo deorsum, est Sulphur rubeum tinctum, ut scarlata. Et istud est, secundum Aristotelem, Sulphur optimum non urens, rubeum ac clarum, ut ex eo faciant Alchimistæ Aurum. Hoc autem Argentum vivum, convertet per Artificium secundum Aristotelem in verissimum Aurum. Ex his igitur manifestè relucet, Philosophos verum dixisse, quod stultis videtur impossibile, scilicet, quod unus est Lapis, Medicina una, dispositio una: opus unum ad vas unum ad album Sulphur & rubeum faciendum.

Videntes ergo omnes huius artis investigatores dictam albedinem in vase apparentem, mirati sunt stare rubedinem in illâ albedine occultatam. Tunc autem non oportet extrahere illam rubedinem sed coquere, quousque totum fiat rubeum. Sic ergo manè quando video urinam meam esse albam, indigestam, statim cognosco, quod parum dormierim, ideò repono me in lecto: Somno verò recepto, urina citrinatur: quia citrinatio non est nisi completa digestio: hæc verò est verissima compositio albi & rubei Sulphuris non urentis, quo per regimen quartum completur Elixir perfectum ad omne diminutum perficiendum in Solificum & Lunificum. verum.

*Elixir
perfectum.*

CAPUT. XVIII.

*De recapitulatione tertij Regimini cum
sublimatur terra.*

Nullus debet sublimare terram ad opera Sophisticorum, sed ad Elixir nostrum perfectum: illa verò quæ sublimantur, duobus modis sublimantur, aut per se: quia spiritus sunt, aut cum aliis: quia se incorporant cum spiritibus. Mercurius enim, cum sit spiritus, sublimatur per se. Terra verò nostra cum sit calx, non sublimatur, nisi quia se incorporat cum Mercurio. Converte ergò calcem & imbebe Mercurium, & decoque donec fiat corpus unū, nec te pigeat hoc multoties iterare: quia corpus, nisi cum Mercurio sit incorporatum, non ascendet sursum. Ideò necesse est, quoad poteris, naturam suam subtilem, & cum Mercurio fortiter teras, quousq; fiat unum: quia sublimationem non faciamus, nisi ut reducātur corpora ad subtilem materiam, scilicet ut sint spiritus: & quod corpus sit leve ad redigendū in omnes res, sive in Solem, sive in Lunam, & hanc sublimationem facimus, ut redigamus corpora in suam primam materiam, scilicet in Mercurium & Sulphur. Facimus ergò hanc sublimationem tribus de causis: una est, ut corpus sit spiritus de subtili materiā & naturā. Secunda, ut Mercurius benè se incorporet cum calce. Tertia, ut totum sumat colorem album vel rubeum. Idcirco quando calx sublimatur ad Lunam, debet esse alba, & Mercurius similiter albus: & calx, quando sublimatur ad Solem, debet esse rubea, & Mer-

& Mercurius similiter rubeus igne calefactus, & debet esse pulvis inceratus: quia non benè quis operatur ad Solem, nec ad Lunam, nisi tali modo, nec cum Mercurio quem sublimas ad Lunam, commisceas ullam rem: quia Solis calor non intrat ad Lunam, nec de Luna ad Solem. Non mittas ergò Mercurium rubeum ad album, nec album ad rubeum. Sed pone unamquamque speciem cum suâ specie & pone ad ignem accensum, & sublima totum, nec misceas illud quod remanet deorsum cum illo quod ascendit sursum: Sed pone unumquodq; seorsum, quoniam quod in fundo remanet, reiterabis ad sublimandum per Mercurii incorporamentum donec ascenderit totum. Alioquin non ponas ipsum in Magisterium. Alembicum, quo sublimas Mercurium, sit vitreum, & Cucurbita terrea vitrea, cuius os quod fundit, sit amplum, ut possit Mercurius ascendere liberius. Alembicum verò cum cucurbita debet jungi ita, ut Mercurius non possit exire: quia non sublimatur Mercurius nisi per fumositatem aëris. Ideò si locum conveniret aptum evolare in fumū, & deperiret Magisterium. Perpende igitur diligenter quæ diximus, quoniam omnia verba necessaria sunt & laude digna. Hæc igitur sufficiant ad complementum Sulphuris albi & rubei.

CAPUT. XIX.

De quarto Regimine quod est figere, & fermentum alijs fixum est necessarium ad figendum.

*Pythago-
ras.*

Quartum verò Lapis Regimen est figere album Sulphur, & rubeum suprà corpus fixum, ut scilicet sulphur album figatur super Argentum: Sulphur verò rubeum figatur super Aurum, quia, secundum Pythagoram, qui Argentum vivum à corporibus extractum non coagulat in Sulphur album patiens ignem, nullam viam exigit ad albedinem. Qui verò dictum Argentum vivum non coagulat in Sulphur rubeum patiens ignem, nullam viam exigit ad rubedinem. Non ergò fatiges corpus tuum in hujusmodi rebus altis, ad quas pervenire non potes, ubi facere ista ignoras: quoniam in bivio erras. Prudenter ergò & non casualiter operare: quoniam sine fermento non exhibit Sol nec Luna: sed aliud quod non permanet in essentiâ, in naturæ curâ, nisi occultaveris ipsum in corpore, de quo præparasti ab initio scilicet Solem & Lunam. Conjunge ergò ipsum cum eo, ut generet sibi simile, & fiat Elixir id quod componis. Cum autem conjunctum fuerit cum suo corpore non desinit in aliud agere, quousq; convertat totū. Idcirco, quando vis fermentare, mitte Sulphur cum corpore, ut totum sit fermentū: quoniam fermentum non rediget sulphur nostrum ad suam naturam, colorē & saporem per omnem modum. Quare fermentum ad album erit album, & ad rubeum fermentū erit rubeum: quod

quod patet: quia si posueris fermentum Argenti cum sulphure Auri, redigetur in suam naturam: sed non ad suum colorem. Similiter si posueris fermentum Auri cum sulphure Argenti, convertet ipsum non ad suam naturam, sed ad suum colorem, & est converso. Non ergo misceas fermentum unius Sulphuris cum Sulphure alterius: quoniam fermentum Auri, Aurum est, argenti Argentum. Et nota quod non sunt alia fermenta super terram: quia nunquam fixit, quod nunquam fixum est, nec fuit.

CAPUT XX.

Quod pondus Fermenti debet excedere pondus Sulphuris vel esse aequale.

IDcirco in omni Fermento debet notari pondus utriusque: summa volatilis Sulphuris non superet Summam sui corporis: alioquin ligamentum sponsalitij verteretur in spiritus fugam non fixi. Unde dicit Plato, Si purum Sulphur projiciatur supra multitudinem corporis ita, ut super habeat Potentiam convertit ipsum citò in pulverem, cujus color erit corporis super quod proijcitur Spiritus, scilicet Auri vel Argenti. Dicam ergo inferius pondera omnium: sed quia Sulphur non potest ingredi corpora nisi mediante aqua, cum qua faciat medium inter Sulphur & Fermentum in omni dispositione, primò pones, ut Dicit Avicenna, terram: quoniam ipsa est juxta Fermentum. Secundò pones aquam: quoniam ipsa est juxta terram. Tertiò

Plato.

pones aërem ; quoniam est juxta aquam. Quat-
 tò pones ignem : quoniam est juxta aërem. Ve-
 runtamen non ponas ignem in Elixir ad albū :
 quoniam Elixir ad album , tribus completur E-
 lementis, in quibus non est ignis : rubeum ve-
 rò quatuor omnibus utitur rotis. Aperi ergò
 & claude : solve & noda : ablue & desicca.
 Quoniam aqua est medium conjungendi tin-
 cturas illorum, scilicet olei, aëris & ignis : & nunc
 dico verbum Philosophicum, Si prius mittas o-
 leum, mortifica tamen in terrâ : quoniam aqua
 intraret. Si autem posueris aquam, postea oleum
 stabit super aquam. Si verò posueris aquam &
 postea terram, erit aqua ponderosior quàm ter-
 ra. Fige ergò aquam cum tetrâ, ut ei adhæreat,
 Si unū de quatuor occidisti : omnes sunt mor-
 tui. Si unus habeat de animâ plus alijs, nihil va-
 let. Appropria ergo Fermentum quod est anima
 ante fermentationem, ut sit pulvis calcinatus,
 solutus & induratus : quoniam si benè nō præ-
 paras Fermentum, nil valet tuum Magisterium.

*Aqua est
 medium
 coniungē-
 di illorum
 tincturas.*

CAPUT XXI.

Qua sunt utilitates Magiste- riorum.

SI non dividis Lapidem per quatuor Elemen-
 ta, non potest conjungi cum corpore : & si
 non misceas de ipso corpore cū eo super quod
 vis facere projectionem in Elixir, non colorabi-
 tur corpus super quod debet projici, sicut decet :
 & si non sublimas totum quod mittis in Elixir,
 erit Aurum & Argentum actu : & si non præ-
 paras

paras corpus tuum, non sustinebit ignem: & si nō caveas tibi in indurando & mollicando, non erit habile Aurum & Argentum ad operandum. Idcirco calx, quæ mittitur in Elixir, erit sublimanda, ut sit omninò simplex, & viva. Cum autem vis facere projectionem de Elixir, facias calcem de illâ materiâ, cuius fuerit corpus super quod projicere volueris: & mitte illud fermentum, ut suprâ dixi. Si est Aurum, de auro: si Argentum, de argento: quoniam sponsalitium non est aliud, nisi quod conjungas fermentum cum corpore, quod dico: Si sunt sulphur album & rubeum, de quibus dictum est, scilicet super quod vis projicere Elixir. Et nota quòd Elixiris sunt plures simplices, qui debent fieri de Lapide & corpore: & Fermentum quod misces in Elixir, debet esse pulvis bis vel ter sublimatus. Nam quoties sublimabis aliquod corpus cum mixtione sublimati spiritus, toties lucraberis in projectionem mille partes. In quanto ergò allevias corpus tuum, in tanto habebis melius, ut possis projicere unum pondus suprâ centum: & centum super mille, & mille super decem milia, & decem milia super centum milia & sic in infinitum.

CAPUT XXII.

*Quomodo debemus servare quantitatem
uniuscuiusque.*

Cum volueris Lapidem nostrum præparare, scias quantum est de ipso: de aquâ, aëre, igne, & de terrâ. Cū fuerit calcinatus, erit in eo calor major: siccitas major, frigiditas minor, minor humi-

humiditas. Cum fuerit præparatus, erit in calor major, siccitas minor, humiditas minor, minor frigiditas. Cum volueris ipsum convertere, scias, quantum amiserit de primâ natura in omni regimine: quoniam si nesciveris, nil valet opus. Idcirco quando revolvitur, redigitur in frigiditate minori, humiditate minori, & calitate & siccitate minori. Cum verò abluitur, redigitur in humiditate majori, frigiditate minori, caliditate & siccitate majori. Cum verò reducitur, redigitur in siccitate majori, calore minori, frigiditate majori, humiditate minori. At cum figitur, redigitur in calore majori, humiditate minori, frigiditate minori, siccitate majori. Quippè quia in fixatione Lapidis apponimus sibi Mercurium calidum, & humidum præparatū ultra illud, quod habuerit naturaliter ante suam solutionē. Intellige hanc reversionem solutione Lapidis, vel differentiam, de differentiâ in differentiam: & cur hæc, & quomodo. Omne quod mutatur, aut mutatur in melius, aut in peius, aut in simile sibi. Si mutatur in simile sibi, nullum est lucrum: si in peius, & damnosum: si in melius, est commodum. Convertite ergo Lapidem de bono in melius, & erit Elixir completum.

CAPUT XXIII.

Quomodo Elementa sunt corrigenda, & quomodo acquiritur siccio Medicina non fudentis.

*Coniunctio
Etr. Lapi-
du*

IN conjunctione Lapidis attende tres colores principales: primò nigrum, postea album, deinde:

inde rubeum. Observa igitur diligenter, ne corpus tuum rubeat, ante nigredinem, & pereat tinctura per combustionem. Si verò rubuerit ante nigredinem, corrige errorem, de coquens omnia simul in aquâ albâ, donec conversa fuerit in nigredinem: sic etiâ facies si rubuerit ante albedinem. Non ergò negligas in humationis de coctionem: quoniam tollit combustionem, & perditam restaurat humiditatem. Si verò Medicina non commiscetur, corrige per dissolutionem ejus quod ingreditur per commixtionem ambarum solutionum, quod suo ingressu, illi prò minimo conjungitur. Hac autem solutio non per aquam, aut in aquam vulgarem completur: sed in aquam mercurialem: & completur similiter per solutionem. Fusio facilis in rebus, non fusilibus, ut apertius ingrediantur & alterentur cum complemento. Unde Medicinam calcinamus, ut citius solvatur: & eam solvimus, ut melius mundetur figura & fundatur, utque ab eâ suscipiant corpora meliorem impressionem aut ingressum, & facilem fusionem dent materiei cum multiplici reiteratione solutionis spirituum non inflammabilium super illa: videlicet aëris & aquæ Mercurialis non fixorum: aut cum multiplici reiteratione solutionis Medicinæ non fundentis. Est tamen bona cautela ad fusionem præstandam Medicinæ non fundentis, ut solvatur: & corpus fermenti supple albi, vel rubei. De cujus intentione sit per eam mutari, & alterari: & etiâ solvatur Medicina, id est Elixir, in odore terrea alba supple vel rubea, De cujus intentione sit

fit ingredi cum alteratione: non fiet tamen omnium istarum partium solutio: sed quorundam: quoniam solutio earum non est aliud, nisi quod in humidum revertuntur & Sulphuris falsedines auferuntur. De hinc illud corpus, & non aliud corpus imbibatur vice post vicē, donec fundatur citissimè super laminam ignitam. Quoniam ex his artificiorum ingenijs necesse est Medicinam commisceri, fundi ac etiam ingredi perfectè cum alterationis complemento. Si autem metallum quod convertere habes per Medicinam non fuerit sufficientis coloris, addatur plus de Medicinâ ipsâ: si verò de colore minus habuerit scilicet in Sole: quia Luna non potest esse nimis alba, ponatur minus de Medicinâ & plus de metallo convertendo. Si autem Medicina non remanserit benè, quod est ex defectu fixationis, succurre per reiterationem solutionis & congelationis, atque per multiplicem non fixæ partis solutionem super partem fixam, donec tamen ex ignis asperitate quiescat & non fugiat ab igne aspero. Si autem quod est gravius non fundatur ex defectu cerationis succurre ei cum oleo, id est aëre: guttatim super ignem levem, donec fundatur, ut cera. Quando autem inceras, misces de re calidâ & humidâ magis, quàm de frigidâ & siccâ. Et quando figis, misces magis de re frigidâ vel siccâ, quàm de calidâ & humidâ. Ergò intellige quæ dico: quoniam hujus operis perfectio est naturæ permutatio.

CAPUT XXIV.

De Ponderibus observandis in fixatione.

OMnia sub termino diffinito, & dispositione certa consistunt. Idcirco unicuique Pondus & mensura in omni opere opus est. Cave igitur tibi in commixtione Elixiris, & operare ibi sapienter: ut scias quantum debes ibi apponere de aquâ, aëre, terrâ & de igne. Alioquin si secus feceris, opus non valebit: quia si ponis de terrâ magis vel minus quam opus fuerit, & requiritur ad Elixir, mortificaret animam magis ponendo: vel si minus, faceret eas humiditas magis, & non figerentur. Similiter in aquâ, si magis vel minus de eâ poneretur, simile damnum faceret. Si plus esset, faceret humidum & malè: si minus, faceret siccum & durum. Si plus de aëre esset, coloraret nimis: Si minus, non haberet colorē. Ignis item Lapidis si plus esset, combureret: si minus & parum esset, non siccaret totam humiditatem, quam debet desiccare: nec calefaceret: ad album tamen non ponas ignem: Sed loquor de omnibus Elixiris. Quare Pondus ubique notandum est, ne nimia siccitate, aut humorum superfluitate Magisterium corrumpatur: Itaque Fermentum juxta ad æquationis incrementum semper est apponendum. Nam nulla erroris offensa nocebit, si ad illud pōdus sēper recurras. Quicquid igitur in Elixir est gravius & stabilius per ipsius ponderositatē sibi nomē terrę usurpat. Nō minus quoque Fermentū: quia cū cū Sulphuri conjungitur, nomē terrę sibi assumit.

Quæ

*Pondus &
Mensura
in omni o-
pere opus
est?*

Quæ verò sublimātur & etiam evolant, aquæ & æris sibi nomen tribuunt. Cum ergò conjungis talia ut figantur in terrâ: si ad album est, fit de terrâ plus quàm de aliquo alio Elementorū: alioquin terra non figeret spiritum: imò secum evolaret in fumum. Verùm illud fit plus secundum rationem, juxta adæquationis Mensuram: verbi gratia, Si est de aëre unum pondus & dimidium, de aquâ duo pondera debent esse, tria pondera de terrâ minus quarta. Et terræ fermentum fit ter tantum, quātum est Sulphur album: ut si unum pondus fuerit de Sulphure albo, tria pondera erunt de fermento. Quantum ergò fuerit aër & aquâ, tantum debet esse de terra: scilicet, tria pondera de terrâ minus quarta, de aquâ duo de aëre unum: de igne dimidium. Dicam itaq; breviter ut intelligas: ad Lunam pone tria pondera de terrâ scilicet fermentata minus quarta, duo de aquâ: unum de aëre & dimidium, & erit Elixir completum. Ad Solem verò, cum ipse sit calidior Luna, debent esse duo pondera terræ, tria de aquâ, & tot de aëre, & unum pondus & dimidium de igne. Nam ignis pondus, medium est pondus aque, nec est in hoc additio vel diminutio: quoniam si sit multa aqua & parvus ignis, & si sit similiter multa terra, & parvus ignis: è contra tamen est de aëre: quia aër nutrit ignem, sicut aqua nutrit terram. Nam ignis vivit de aëre, & aër de juvamento aquæ, & aqua de juvamento terræ. Fige ergò aquam in terram, ut aër possit figi in aquam, quoniam si aquam occidisti, omnes sunt mortui. Veruntamen aqua nō figitur sine terrâ quia sine semine nullus

nullus unquam confurgit fructus. In quo dum moritur semen, fructum fertur dare. Quoniam cum terra sit in se fixa, retinet secum, & figit alia Elementa. Aqua verò cum sit humida & frigida circundat terram, constringit, & tenet eam: quoniam frigidum & humidum est siccitatis constrictivum. Veruntamen impressionem citò recipit, & citò dimittit. Siccum autem graviter impressionem recipit & difficilè dimittit. Ideò cum humidum & siccum, se invicem temperant, fit, ut adipiscatur siccum ab humido per partium constrictionem, vel per continuationē & facilem impressionem & ut acquirat humidum à sicco, ut firmiter teneat impressionem, & omnem patiatur ignem. Vade propter hoc, humidum prohibet siccum à suâ separatione, & propter hoc, siccum prohibet humidum à suâ fluxibilitate: Aër verò circundat aquam, & clarificat eam, vel ratificat terram, vel tingit, vel figit ipsam ut sit apta ad extensionem & fusionē. Ignis autem totum compositum maturat, subtiliat, rubificat & permiscet aërem & consolidat: ac terræ & aquæ constringit frigiditatem, ut ad incolumis redeant æqualitatem complexionis. Elementa ergò gravia, ut terra & aqua, plus juvat ad fixationem & tincturam. Non comedas ergò si non bibas, sed comede unum post aliud secundum rationem: quia calidas major facit corpus citius quàm oportet. Non sis prodigus: non avarus: sed moderata pondera serves, secundum æqualem & in æqualem complexionem. Intellige ergò quæ dixi, omnia sunt verissima: nihil omisi.

Caput.

De fixatione Elixiris in compoſitione ad album, & de reductione aqua

Illumina Corpus, antequam imponas animā: quia corpus niſi ſit ablutum non retinet Spiritum. Sic ergo potus poſt comeſtionem, non autē comeſtio poſt potum: alioquin facies ventrem humidum nec recipiet ſiccitatem. Benè ergo fige, benè commiſce, benè tinge: & ſic totum habebis Magiſterium. Idcirco ciba tres partes puriſſimæ Lunæ minutim limatæ cum duplo ſui Mercurij albi terendo totum ſimul fortiter in Mortario porfirico, donec Mercurius imbibat limaturam: & fiat quaſi butyrum ita, ut nihil inveniat de limaturâ. Poſt abluere fortiter cum aceto & ſale communi præparato, donec acetum inde purū exeat & clarum: deinde abluere ſalem cum aquâ dulci & clarâ & ad ignem ſiccata. Deinde verò adde prædicti Sulphuris ſublimatei & congelati: partem unam, conterendo ſimul totum donec ſit quaſi corpus unum: poſtea in terra ipſum cum unâ parte ipſius, ſcilicet, ſuæ aquæ, & pone ab ſublimum, roborando ſemper ignem paulatim & paulatim donec ſublimetur quicquid fuerit ex eo volatile: Infrigidatum extrahe, & quod ad latera vaſis ſuper volatum fuerit, cum aliquâ parte ſuæ aquæ reduc ſuper feces ſuas, terendo, imbibendo, & aſſando donec fiat ſicut paſta: & repone ad ſublimum, & ita continuè reitera contritionem, imbibitionem, aſſationem & ſublimationem, roborando ſuper ignem, donec figatur terra cum duplo ſui de aquâ, & nihil penitus ſublimetur ab ipſâ: & re-
ducas

ducas semper quod superius ascendit super illud quod inferius remanet fixū, quousq; totum figatur deorsum. Nam Sulphur fixum cum sit coagulatum coagulativum, naturaliter congelat suum Mercurium per frequentem sublimationē, vel sublimationis reiterationē super ipsum, Exemplū autem huius est terra & aqua: & cum aqua cōmiscetur cum terrā, ipsa terra absorbet aquam suā siccitate, & inspicillat eam aquam suā densitate & eam facit sibi similem suā grossissitate: quoniam omne siccum naturaliter appetit suum humidū, & suis partibus fit cōtinuatim. Vnde oportet pro experimento huius scientiæ ad plenum cognoscere vires naturæ, & eisdē firmiter adhærere: quoniam natura est sufficiens tibi, vel sibi: & similiter in omni quo indiget pro eadē sui perfectione. Ipsa siquidē cum sit sagax, est sollicita in creatione sui corporis, cuius sollicitudinis non est finis. Sufficit ergō vobis carissimi, naturā sapienter disponere extrinsecus: quoniam ipsa sufficienter intrinsecus disponet ad sui operationem. Motus siquidem ipsius sunt sibi adhærentes vię vni, modo meliori & certiori qui possit excogitari, ut patet ex creatione cuiuslibet generati. Idcirco tardamentum, & præparamētū debent esse in Magistris Philosophorum & operantiū: quia natura motum præterire non poterit, nisi per contrarium impedita fuerit. Certū namq; tempus est, quod ipsa habet ad imprægnandū, pariendū, nutriendū ac operandū. Vnde cum terrā habueris imprægnantā expecta partū. Cum verò pepererit filiū, nutrias eum, donec possit tolerare ignem, & tunc poteris facere projectionem de ipso. Ca-

CAPUT XXVI.

*De reductione Aeris super Elixir
ad Album.*

Igitur aqua cum fuerit fixata tere & imbibeream imbibitione torida cum unâ parte aeris sui, & pone ad sublimandum: faciens sub eo ignem primò lentum, postea fortiozem, quousq; per continuam sublimationis reiterationem, totum figatur deorsum: tunc per diem ac noctem facies sub eo fortem, secundâ die cum suâ nocte fortiozem: tertia verò cum suâ nocte fortissimum, sicut est ignis fundendi. Sic enim aer figetur cum aquâ & terrâ: quia natura lætatur natura: & natura docet naturam præliari contra ignem per se combustibilem. Nam fugienti obviant perit fuga: quoniam avis plumata detinetur ab implumata deorsum in terrâ.

CAPUT XXVII.

De incertatione Elixiris albi.

AB hînc itaq; extrahe de lamina crystallina. Aquam in fundo reperias lucidam *drachm. j.* Tere & cera incertatione ultimâ guttando super ipsam, guttam ad guttam in tenui crucibulo super ignem levem, de suo aëre albo jam dicto donec fundatur sicut cera sine fumo. Tunc proba super laminam igneam: si se resolverit velocissimè sicut cera, cerata est: si verò non, reduc ipsam ad cerandam guttam ad guttam de Oleo suo albo donec fundatur ut cera sine fumo.

Et

Et hoc quidem est præceptum omnium Philosophorum, ut cum per sublimationes fixaveris mundissimam terræ partem, reiteres sublimationem residuæ partis non fixæ super eam fixā, donec ipsa similiter figatur : hinc tenta super ignem si bonam dederit fusionem, & tunc sufficienter sublimationem reiterasti. Si verò non, reitera super illam vice post vitem nō fixæ partis sublimationem, donec fundatur citò sicut cera sine fumo. Tunc extrahæ, & infrigidari permitte : quoniam est Elixir completum, impreciable precium convertens omne corpus minutum in infinitum, solificum & lunificum verum. Projice ergò unum pondus de eo super mille partes Mercurii cum sale & aceto abluti, & fiet pura luna melior quàm de minerâ. Sic etiā si super imperfectorum corporum unumquodque fuerit de eo projectum in verissimum transfertur Argentum. Modos itaq; hujusmodi compositionis verissimi Elixiris tradidi vobis completo sermone, ad quam potestis per illos pervenire indubitanter. Sollicitè ergò ad hos ingeniosos modos regiminis te exerceas, & eorum virtutem ad unguem invenies. Quod quidem nec per se, nec forte miraculosè id fieri putes, sed arte perficitur in operatione. Operare ergò quodcunq; volueris, quia ultra consilium istud non possum aliud dare.

CAPUT. XXVIII.

De compositione Elixiris rubei.

Eodem modo fit Elixir rubeum ad Solem, sicut album ad Lunā : pro qualibet te albā ponas rubeum, & loco limaturæ Lunæ, pone li-

N

matu-

maturam Solis & aquam Mercurii rubificatam prius cum igne Lapidis. Nam in opere Lapidis ad rubeum, non intrabit nisi rubeum, sicut in opere albo nisi album. Solaris namq; Medicinæ non urentis præparatum fit additamentum rubei Sulphuris per modum figentem, & calcinantem in triplo fermenti præparati cum astutia industriâ, Administra rem perfectè per modum solutionis & sublimationis multiplicem cum reiteratione multa, quousq; non fixum cum fixo figatur deorsum: quoniam hujus solutionis, & fixationis modus est per reiterationem partis residuæ non fixæ sublimationis cum fixo ingeniose conjungendi per minima, quousq; eleuetur cum eâ, & iterato figetur cum illâ ut stet. Cum verò tres partes aquæ suæ rubeæ fuerint secum per hunc modum sublimetur vice post vicem cum eo, donec figatur deorsum, & pone ipsam per diem ac noctem in igne tepidissimo, ut melius depuretur & figatur in eo: post hinc extrahe & cera eum in crucibulo super ignem lentum cum oleo suo rubeo guttando guttam ad guttam donec fundatur ut cera sine fumo eum eo stans & penetrans profundius tingens & permanens. Projice ergò unum pondus de ipso supra mille partes Lunæ, vel Mercurii ablutum cum sale & aceto, & fiet Sol verissimus in omni examinatione, & melior valdè, quàm de minera productus: quia Aurum & Argentum ipsius Elixiris excedit Aurum & Argentum minere in omnibus suis proprietatibus. Vnde dicunt Philosophi quòd Aurum & Argentum eorum non sint Aurum nec Argentum, quòd est

est vulgi: quoniam additur eis additio magna in tincturâ & perseverantia in igne & proprietatibus multarum utilitatum ad omnem infirmitatem expellendam.

CAPUT. XXIX.

De multiplicatione Medicina.

SI verò Medicinas istas, cum fixæ fuerint, & datis oleis suis albis vel rubeis donec fluxerint sicut cera, dissolveris in Mercurio suo albo vel rubeo donec fiat aqua clara, & postquam in levi decoctione cōgelaveris, & cum eorum oleis, & sic super ignem denuo ceraveris, quousque fluant citissimè, duplicabitur earum virtus in projectione, & si eas, cum solutæ fuerint, semel ad minus distillaveris, in centuplo augmentabuntur virtutes earum. Modus verò multiplicationis Medicinarum est, ut dissolvas unumquemque illorum spirituum in aquam suam, per inhumationem singulariter, postea separa oleum earum per distillationem. Primò recipies aquam, postea oleum, deinde verò ignem & remanebit terra deorsum. Reduc ergò aquam per sublimationem super terram, donec bibat eam aquam totam & figatur cum eâ: deinde imbibere eam ex oleo & tincturâ donec figatur in eâ, & etiam fundatur sicut cera. Proijce ergò supra quodvis corpus, & ex eo quantum vis: quoniam in duplo multiplicabitur tinctura eius. Et si una pars sui primò convertit cum suis corporibus centum partes, secundò convertit mille, tertio decem milia, quarto centum milia, quinto mille milia in solificum & lunificum verum. Vnde est notandum.

N 2

quinto

quantò plus solvitur Medicina, & sublimatur, & congelatur, tantò melius & abundantius operatur, quoniam in omni suâ imbibitione & sublimatione acquirit sibi decem in projectione. Ne te pigeat igitur solutionem, sublimationem & coagulationem reiterare, quoniam per eas Medicina melius digeritur, unitur, figitur ac perfectius operatur.

CAPUT. XXX.

Quomodo debemus intelligere solutionem, sublimationem & coagulationem.

Veruntamen ne putes me hîc docere solutionem, ut hic Elixir reducatur in aquam: sed ut subtilies ipsum in quantum potes, & divides suas partes in fixatione conjunctas, suumque siccum convergas, & humidum & grossum in simplum: quoniam opus solutionis inventum fuit ad sublimandum, & non propter aliud: Vnde conjunctio corporum cum spiritibus fit cum dissolutione, & non cum sublimatione, quia corpora non indigent nisi sublimatione: ut melius cum spiritibus conjungantur. Eorum verò sublimatio est in aquam dissolutio, quia distillatio trahit Lapidem de potentiâ ad actum, eo quòd facit omnino cum subtilem. Vnde cum corpus prorsus subtiliatur, Spiritus universaliter cum eo conjungitur: & non per aliquod ingeniorum genus ab invice separatur. Quoniam confirmatio spirituum cum corporibus fit cum corpora sunt subtilia, ut retinere possint spiritus. Ideò qui corpora poterit separare cum primâ

mā sublimatione, finem consequitur optimum: quoniam in conjunctione spirituum cum corporibus tota debet esse intentio operantis. Et conjunctio spirituum fit cū corpora subtiliantur, ut spiritus & corpora fiant subtilia per dissolutionem, contritionem & afflationem eorum cum spiritibus. Intellige ergo quæ dixi: quoniam utile est totum, & nihil superfluum est in dictis meis. Si verò non intellexeris, reitera lectionem sæpius, ut totum intelligas. Vide ergo & intellige, & secundum ea operare, quoniam quicquid diximus aliena à veritate, vivit Deus, in nullo deficiens tu deprehendes declinare. Quare nisi despicias, nec labor privabitur fructu. Idcirco si verè scripta non intellexeris ne reprehendas. Sed tuam ignorantiam arguas: quoniam infortunatus es, sicut ille cui numquam Deus aliquid concedit vel tribuit boni.

CAPUT. XXXI.

De modo facienda projectionem.

Sed quia grave est mille milium partes simul fundere, cum volueris projicere, hoc modo facies. Recipe centum partes Mercurii cum sale & aceto abluti, & pone in Crucibulo super ignem. Cum autem cæperit fervere, pone unam partem tui Elixiris dicto modo præparati super centum partes illius Mercurii abluti, & fiet totū Medicina super alium Mercuriū ablutum. Deinde projice unam partē Medicinæ istius congelatæ super centum partes Mercurii abluti in Crucibulo ferventis ad ignem & fiet adhuc totū.

N. 3.

Medi-

*Rosarius
Philoso-
phorum.*

Medicina. Postea pone unam partem istius Medicinæ ultimò congelatæ super centum partes Mercurii abluti, & fiet totum Aurum vel Argentum in omni iudicio, secundum quod primum fuerit Elixir rubeum, vel album scilicet præparatum, & ut dictum est, compositum. Et hoc quidem est Rosarius Philosophorum, & creans odoríferas rosas tam rubeas, quàm albas extractas breviter à libris ipsorum, nil habens superfluum vel diminutū, in infinitum perficiendum in solificum & lunificū verum, secundum quod Elixir fuerit præparatum. Sic etiam habes virtutem efficacē super omnes alias Medicorum medicinas, omnem sanandi infirmitatem, tam in calidis, quàm in frigidis infirmitatibus: eo quod est occultæ & subtilis naturæ: conservat sanitatem: roborat virtutis firmitatem: de sene facit juvenem, omnem eorum expellit ægritudinem: venenum declinat à corde arterias humectat: contenta in pulmone dissolvit, ulceratum consolidat: sanguinem mundificat, contenta in spiritalibus purgat, & ea munda conservat. Si ægritudo fuerit unius mensis, sanat uno die, si unius anni duodecim diebus. Si verò fuerit antiqua & ex longo tempore, sanat uno mense, & non immediate. Hæc Medicina super omnes alias Medicinas & mundi divitias est sanè perquirenda: quia qui habet ipsam, habet incomparabilem Theaurum.

CAPUT. XXXII.

De recapitulatione totius Magisterij.

P Extractatis igitur regiminibus totius huius summi

summi operis, secundum exigentiam sui sermonis, cum causis omnibus sufficientibus, restat breviter, ut teneatur memoriale totum recapitulare sub completâ brevitate sermonis. Dico ergo quoniam totius operationis finis est, ut sumatur Lapis in capitulis notus, & cum operis instantiâ assiduetur super ipsum, opus sublimationis primi gradus, ut à corruptibilitate mundetur, & impuritate purgetur. Demum cum eo soluto per ipsius additamentum album vel rubeum reducat, donec in ultimâ sublimitatis materiâ perveniat, & ultimò volatile fiat: Postea cum fixationis modis figatur, donec in ignis asperitatem quiescat. Tandem fixum Lapidem cum non fixâ parte, servata per modum solutionis & sublimationis volatilem facias, & volatilem fixum, & fixum solutum, & iterato volatilem, ac iterato volatilem fixum quousque fluat, & alteret in complemento solifico & lunifico certo. Et in hoc completur Arcanum pretiosissimum. Quod est super omne hujus mundi Arcanum incomparabilis pretii & omnium Philosophorum Thesaurus. Idcirco carissime Domine, exerce te cum laboris instantiâ ad illud, maximè in diuturnitate meditationis immensæ: quoniam cum illâ Elixir completum invenies, & sine illa nunquam. Modos verò ipsius completo sermone tibi supra ostendi, non sub ænigmate, sed sub plenâ sermonis serie, dilucide loquendo: quoniam, teste Deo, sic libris philosophantibus omnibus, & cunctis scientibus, nihil in hac arte invenimus melius, nec perfectius, quàm in istâ brevitate supra

Arcanum pretiosissimum.

Thesaurus Philosophorum.

Quomodo Elixir inveniendū.

scripta tamen truncata, quamvis intelligentibus satis sit prolixa.

Tu qui habes istum Librum, in sinu tuo reconde & nulli reveles, nec manibus impiorum offeras: quia Secretorum omnium Philosophorum, Secretum plene comprehendit, talis siquidem & tanta margarita nō est porcis, & indignis largienda: quoniam est donum Dei magnum, & Deus cui vult largitur ipsum, & aufert. Quapropter Carissime, qui istum habes Librum, digito compesce labellum: Filius existens Philosophorum, secretè reservans Rosarium Philosophorum, ut meritò merearis dici, & esse de numero Sapientum antiquorum.

NOVVM LV MEN.

Licet, reverende pater & domine, liberalium signarius scientiarum, neque studio assiduus, nec in clericali statu manē, voluit tamen Deus, sicut cui vult inspirat, mihi etsi non meritò, Secretum admodum excellens, Philosophorum revelare. Cum igitur tua mihi nobilitas & prudentia, & liberalitas nota sit, & quem subeas laborem, quos non recuses sumptus, ut scientias perferutando, aliquem ex hoc capias fructum, volui pro meā erga te observantia benevolentiaq;, tibi referare quicquid mihi ostensum fuit de desiderato Lapide sive Elixire, occultā fide, per probum virum, & insuper quæ ipsemet vidi, feciq; de eius regimine. Scies igitur visis intellectisq; his quæ scribo, quòd ego Dei nutu Secretum vulgò ignotum non ignoraverim.

L. De

I. *De Lapidē Philosophorum.*

Intellige ergò dictum Philosophi, quod actus agentium sunt in dispositione, per quos intelligitur Elixir fieri non posse, nisi ex materiâ ad hanc perfectam dispositionem habente. Testor autem, hujusmodi habilitatem inesse materiæ, ex quâ meis manibus, testibus oculis, per alienâ tamen, ut dixi, doctrinam factum fuit Elixir, Saturnum convertens in Solem: quâ quidem materiam jam nominavi, & est Philosophorū magnes, de quâ Philosophi extraxerunt Aurum in eius corporis occultum. Et in quâ Argentum vivum de Argento vivo, & Sulphur de sulphure invenerūt, quæ lapis est in similitudine, & actu sed in naturâ nō imitatur naturas Lapidis. Quare dicitur lapis, non lapis, & est mixta tabe. Dictum Argentum vivum nostrum, nō est Argentum vivum in propriâ naturâ, nec adhuc in naturâ, ad quam deductum est per propriam naturam, nec adhuc in naturâ ad quam deductū est per mineram, Sed Argentum vivum nostrum in naturâ, ad quam deducit illud artificium nostrum, est æs nostrum, ex quo fit tinctura veræ: ex quo fit Chabrichim & Veyæ conjugium, in quo est Rex cum suâ Vxore, & hæc quæ ipsos emendant, in ipso ære sunt, ut per operationem clarius patefiet. Hic Spiritus est quo tingimus, & est corpus, de quo in turbâ dicitur: & hæc via quæ dicitur de argento vivo, non habetur ex corporibus liquefactis liquefactione non vulgaris: sed ex illâ, quæ durat quandiu conjuges vero matrimonio uniuntur, scilicet usq; ad albedinē. Hic est Lapis qui in vertice montium invenitur.

N. 5

Et

Et dicitur meritò mineralis, animalis etiam fertur esse, quoniam animā habet. Quare dicitur in turba es: ut homo corpus habet & animam, item omne quod habet spiritum & sanguinem. Item dicitur Spiritus, id est Argentum vivum lator virtutum animæ, id est Sulphur & æs, id est magnesies, sive terra, quæ spiritualis facta, dicitur Aurum, quod erat in corpore magnesiae occultatum. Quare dicitur, fili extrahe à radio umbram suam. Patet etiā quod applicari sibi potest anima, cum quassdam ostendat animæ virtutes. Mover etiam, & movetur, agit & patitur. Quare in turbā: O natura qualiter omnia immines ac superas. Et est acetum acerrimum, quod fecit Aurum esse merum spiritum, & cum corpori admiscetur fit unū cum eo, & vertit in eum. Cum enim dicatur animal, vegetabile quid dicetur, & meritò. Nam in operatione vegetabitur de virtute in virtutem, subtiliando, depurando se, & colores in se meliorādo, quousq; optatum assummat ruborē: in quo est perfectio, virtutemq; capiat penetrandi, & tingendi. Hoc autem animal herbel crocos, vel croceum Lapidem vegetabile nutritum in montibus, errantes plurimi non cognoverūt, venditur autē palam miinimo precio.

*II. Sequitur Lapidis mundificatio antequam
penatur in decoctione.*

HOc opus demonstravi, purum, mundum, amœnum, sincerū & rectum in tenues lamas coaptatum se ostendit: quod per ignis liquationē à minerali grossitie expurgatum, elevationum modis subtile fit in relictis quibusdā sulphu-

sulphureitatibus adustionis, & terreſtreitatibus, & tenui fortiq; unione permixtis: & quibusdam humiditatibus corrumpentibus exhalatis: cujus sublimationis signa sunt duo, unum quidem, quod elevatur spiritus citrinus, minus durus lapis factus, aliquantulum perspicuitatis habet. Aliud verò quod remansit in vasis fundo, est terra tenuis & nigra. Advertatur autem hîc, quòd in hâc elevatione, si rectè fiat, quiddam permanens invenitur, quod debet per vim adduci, & super abundanter volatilem elevari. Et parti, quæ residet ex eodem quod elevatum est, reddi debet, donec fugiens totum fiat. Tunc terra nigra prædicta remanet ex ambobus in Lapidem prædictum durum, citrinissimum jam conversum. Nec ad quiescendum volatilitati dictæ, donec inveniatur, totam massam Lapidis prædicti igne elevati, redditam in suo vase per eundem continuam: cum ignis prædicti gradus continuè ascēdat, sicq; nihil in profundo mundum, nec sordidum resideat ex eadem. Dum verò sic perfectissimè elevabitur, adimplebitur in operis philosophici perfectione, quam jubet scriptura dicens: Suaviter cum magno ingenio ascendit à terrâ in Cœlum, item scitote: quòd cùm corpori admiscetur fit unum cum eo vertens ipsum in spiritum. Et Geber idem præcipit de tertii ordinis Medicina: & omnes Philosophi idem clamant: hoc autem à Philosophis nominatur ablutio, per quam, achileſye: quoniam in elevatione utrèque ascendit in fumum seu fumi speciem, & quia liquatur etiam hæc materia, dum ascendit, patet eam esse de naturâ aquæ calidæ.

Geber.

Namq; liquatur & frigido cogulatur, & cum à superfluitatibus denudatur, abluitur, imbibitur & aquâ suâ scilicet spiritu ab eodem germine procedente. Hæc est philosophica dissolutio quæ fit igne.

III. *Sequitur decoctio primæ gradus
usque ad albedinem.*

Istud igitur rotundum spirituale factum, balneum temperatum ingreditur, per quod fit corpus suave ac continens ignē levem, qui humiditatum corruptentium est consumptivus: Quare fieri debet Furnus talis dispositionis, ut in eo lentus ministretur ignis, qui augmentari nō possit: & vas capiens, vitreum esse debet, coopertum ferreo vase ejusdem formæ scisso per medium: vas autem sit longum cubito uno, strictum in summitate, ut strictura nihil permittat exhalare de spiritu, & longitudo fumos præcipitet, si quos elevari contingat, & humiditates corruptentes infra se consumat. Quorum Furni & vasis quærenda est lilij visio non scriptura: & debet calor vasis vndiq; circuire, ita ut æqualitas vndique sit caloris, aliàs frustra Balneum dicetur. Et in furni summitate sit foramen, per quod exeat frustum unum vitti rotundum, & longum claudens orificium dicti vasis, in cujus frusti tactu cognoscitur si calore congruo materia decoquatur. Et si forte aliquis fumus infra vas jam dictum ascendere videatur, non permittit ipsum dosis dispositum exhalare quantumcunq; vas etiam teneretur apertum. Quare dicitur à Gebero: nunquam unum ab alio verè separ-

separatur, licet quo ad visum segregari vel separari superficialiter videantur, nec unum sine alio esse potest. Nam sui spiritus temperati sunt per viam naturæ perfectæ, adeò ut ab invice non separentur. In hoc autem gradu coloris materia nigra efficitur, quoniam nigredinem in humido facit color agens. Quare in turbâ dicitur: Videns autem nigredinem illam imminere, scito jam corpus liquefactum esse. Item primo in opere omnia denigrantur. Iste verò fructus ideo fuit, ut caveatur ab igne nimio, quoniam intrusus calor perire facit, & compositum segregari: & ideo debet igne temperato prosequi. Decoquitur sicut puer lacte nutritur, & in hoc omnes conveniunt. Et hoc etiam ostenditur in practicâ de diversis coloribus sub nigro contentis.

IV. *De gradu ignis cum apparuerit nigredo.*

CUm verò totum est nigrum, continuetur ignis ejusdem gradus donec albedo in ventre ipsius occulta apparet: nam sic approximat fixum. Notandum autem quòd in ipsâ nigredine multi colores apparent, de quibus non faciunt Philosophi mentionem. Nam quandoq; totum fit viride, quandoq; lividum, aliàs violacei coloris, nonnunquam etiam ex uno latere vasis est viride, ex alio nigrum, vel lividum intus & viride, omnes tamen colores sub nigro comprehenduntur. Et quoniam in eis nulla perfectio essentialis existit, ideo Philosophi principaliter tantum in cæteros colores nomi-

N 7 nant

nant tres , videlicet qui virtutes dicuntur animæ , scilicet nigrum , album & rubeum. Quare in turbâ veneramini Regem & suam uxorem , & nolite eos comburere : Ne fugetis eos nimio igne : quoniam nescitis , quando indigetis his , qui Regem , & suam Vxorem emendant. Coquite eos , ut fiant nigri , deinde albi , post rubei , demum tingens fiat venenum. Item fiat Lapis albus combustionem & humore , seu liquefactione. Per aquam dicitur sequi mortificatio , quæ apparet in nigredine : primo apparente , in qua mortificatione uniuntur spiritus , id est desiccantur : quia nisi corpora desiccantur , non apparent colores animæ , quæ nigredo & nubes appellantur. Item magnesies cum dealbatur , non permittit spiritum fugere : quia natura naturam continet. Humiditas ergo quæ curabat in nigredine de coctionem , se desiccata ostendit , dum color albus incipit apparere. Nam in transmutatione nigredinis , antequam perfecta de albaretur , vide fuscâ albedinem , quæ brunus color vulgariter dicitur : quæ brunities vera albedo postea efficitur. Tunc autem durante brunitie , Magister meus fregit vas , & Lapidem , & inspexit cum intus & extra. Invenit brunum extra , intus autem erat adhuc nigredo. Cuius causam mihi assignavit , quod videlicet partes materiæ , vasis lateribus adhærentes magis senserant calorem sibi propinquum , quam materia mediana : Ideoq; citius in colore cæperant transmutari , & dixit

dixit mihi quod ista brunitas ascendebat, quia albedo extrahabatur à ventre nigredinis eius, ut in turbâ dicitur. Cum enim videris ipsum natum, scito quod albedo ipsius in ventre nigredinis primo apparentis occulta est: tunc oportet extrahas illam nigredinem ab illâ nigredine subtilissimâ, nec miremini: quia materiam hanc adhuc voco lapidem. Nam quandiu durat albedo, assumpta etiam rubedine, per longum tempus stat durus, & in massæ fortis speciem residet, quousq; decoctionis continuatione per se incipit dirui, & aliquantum elevari.

V. *Sequitur decoctio secundi gradus
inque ad rubedinem.*

CUm igitur hic Lapis sic dimiserit nigredinem mutatur gradus ignis, & ponitur in alio Furno subtilis dispositionis, in quo fortior adhibeatur decoctio. Sint & calefacientes vas & materiam circumquaq; & ibi decoqui debet. Nam tunc suscipit veram albedinem, cum quâ ibidem coquitur tam diu, donec assumat ruborem albedine transmutata. Cavendum ne hic ignis sit intensior, quàm ad suum gradum spectat. Nam in illo albo colore corpus, & spiritus sunt verè conjuncti. Si autem daret decoctio in excessum, ultra debitum sui gradus separarentur unita. Quare in turbâ dicitur: Coquite, & cautè ne in fumum vertantur, & procreant. Citrinantur autem, quando de albo colore in rubeum transmutantur. Citrinus
autem

autem color medius est albi & nigri. Oportet ergò prætendi eum ante rubedinem veram, & de hâc practicâ loquuti sunt Philosophi, dicentes: Spiritus & anima non uniuntur nisi in albo colore: quia tunc omnes colores, qui in mundo ex cogitari possunt, apparent & firmantur: & tunc in unum colorem scilicet albedinis conveniunt: dealbatio enim est totius operis fundamentum, nec inde variatur in diversos colores, videlicet veros, præterquam in rubeum, in quo est finis ultimus. Citrinatio enim quæ fit inter album & rubeum non debet dici color in perfectione. Approbantur autem per hæc, omnia quæ prædixi, quæ etiam esse vera mihi experientia facti demonstravit.

VI. *Sequitur decoctio tertij gradus:
usque ad calcinationem.*

DVm autem rubescere incipit, ponitur ad decoquendum in alio furno, fortiorē perhibendo ignis gradum, donec intus & extra verâ rubedine perfruatur. Cuius signum est duratio & elevatio dicta, de quibus in turbâ dicitur. Post albedinem autem non potes errare. Nam igne augmentato post albedinem, ante rubedinem ad cinerationem pervenitur. Item: videns autem illam albedinem supereminentem, certò scias, quòd rubor in albedine illâ occultatus est: tunc oportet illud extrahere: verum coquendo, quousque totum rubeum fiat. Et si vobis dubium relinquatur, quare albedo à nigre-

nigredinis ventre trahatur: rubedo autem non ab albedine, licet sit rubeum decoquendo, id sic declaro: quoniam durante nigredine, materia remanet, quæ est humida in naturâ, quæ humiditas ostendit apparente albedine, se desiccari. Nunquam verò apparet albedo, donec humiditates corrumpentes sint omnino consumptæ. His ergò duabus de causis dici potest, quod albedo à nigredine extrahatur. Dum autem rubescit, nihil devastatur: sed tantum coquitur, & decoctione forti, color rubeus in commutabilis apparet, in quo est perfectio. Quare in turbâ dicitur: Ex composito in spiritum rubeum verso, fit mundi principium. Item: Spiritus tingens & vivificans intromittitur: postquam recessit humiditas corrumpens non alitur: quod fit perventum ad dealbationem, seu ad albedinem. Hoc ergò rubeo colore apparente, natura sui perfectionem ostendit oculum.

VII. *Sequitur calcinatio, in quâ ultimus gradus figendi completur, & tunc spiritus corpus verè est factus, verè permanens & fixissimum figens.*

Postquam hæc materia habens colorem di-
rui & elevati incipit, ponitur ad calcinan-
dum per flammam fortem reverberiorum iam
in terreo vase, in quo ignis gradu fixo, comple-
tur & permanens efficitur verâ atque perfectis-
simâ fixatione. Quare Geber ait in capitulo de
calcinatione, quod spiritus calcinantur, ut fixio-
nes

mes fiant & melius dissolvantur : ut in Capitulo etiam de tertij ordinis Medicinâ , ipsam incipit calcinari. Debet autem ignis calcinantis in rigore permanere , donec pulvis tactu impalpabilis fiat intensissimum habens ruborem. Quare in turbâ sic dicitur : scitote quod cum cinis est , optimè miscetur : eò quod cinis ille recipit spiritum , & inclusus est ille humor per interiorè ignem , quousque crocificci , vel combusti sanguinis , vel syrupi granati colorem assumat. Item : cum aqua introivit in corpore , vertit ipsam in terram , deinde in pulverem sive cinerem , si vultis perfectionem experiri , manu accipite. Si enim impalpabilem aquam inveniant , bene est , si non , iterate. Hic autem cinis impalpabilis in se ipso rubicundissimus , elevatur , crescit etiam in modum fermenti : & separatur ab eo in calcinatione prædictâ , terra nigra subtilissima & perlucida , quæ infundo vasis est , sub dicto autem rubeo pulvere reperitur : unde dicebat mihi Magister meus ; Apparet perfectionem fixationis in hoc existere duabus de causis , una quidem est , quia per fixationem , & per calcinationis ignem introducit parva quantitas hujus Elixir , super multas quantitates non permanentes corporis , quæ projecta , confirmat in eis Auri fixationem : quod non faceret , nisi ea fixio superabundaret. Alia verò causa est , quia terra nigra prædicta , in calcinatione separatur à commixto , quæ alias fuerat in toto corpore inseparabilis propter fortissimam unionem : & ideo

necessè

necessè fuit per fortissimum artificium separari. Si autem remaneret commixta, propter sui impuritatem impediret puræ materiæ ingressum.

VIII. *Sequitur cinis per citri-
nationem factus fusibilis &
iterabilis Lapis, qui Eli-
aur est comple-
tum,*

Cinis autem iste caret fusione: qualiter autem ingrediatur, ut tingat, certè liquefactio illi redditur, sive sudor per modum à Philosophis traditum. Quis ergò modus est ille? est ne in solvendo aquam? certè non: quia Philosophi non curant de aquis tangenti adhærentibus & in humectantibus. Quare dicitur in turbâ: Incipientes autem, audientes aquam putaverunt eam aquam esse vulgi: quod si nostros libros legissent: scirent utique aquam esse permanentem. Quomodo ergò aqua est vere, si tangenti non adhæret, sed superficie discurrit, nihil humectans, sicut Argentum vivum? quis hanc reputabit aquam? certè dico, quòd ille qui novit facere vitrum. Hæc enim materia nihil aliud est, quàm quæ de se ipsâ vult ut sibi adjungatur: Nam omnia quibus in diget in se habet. Et si benè perpendantur quæ dixi, scietis ex hoc cinere habere Lapidem rubeum in intenso colore parum perspicuum, frangibilem, cum modico ictu fusibilem, penetrantē, ingredientē & perpetuâ citrinatione tingentē: cuius

unum

unum pondus centum milia & plus Saturni convertit in Solem. Est autem in projectionis modo subtilitas, qua ignorata, Elixir tenens non proficit ex eodem.

Conclusio totius Epistolæ.

NE igitur mireris Pater, si multi errent in hoc opere, testor enim, me nunquam vidisse quemquam præter Magistrum meum, qui in debitâ materiâ opus applicaret suum: sed conantur ad impossibilia in materijs: ac si de cane crederent generari hominem. Quid ergo si mendaces operando reddantur? Nam de Lapide, & in practicâ operis, dubia subtilissima restant. Verè autem credatis, quod in libris suis Philosophi posuerunt veritatem. Sed post mortem scribentis, male eius scripta ab aliquibus sunt intellecta: quæ si ipse præsens esset, speculative exponeret, juxta verbum, & verificaret per operis effectum. Ego tuæ prudentiæ totum opus explicui, & prædicta Philosophorum aliqua approbavi: licet pauca allegare curaverim: nec ab re: quoniam omnia Philosophorum dicta de mente tenere existimo. Quare non dubito, quin dictis meis ea omnia per te ipsum facile sis applicaturus. Nam ego met in aliorum scriptis idem per experientiam feci, alioquin non cogniturus. Paucis itaque tibi scripsi, cum mihi persuadeam te fundamentum scire, & propterea facile consequeris intentionem huius operis. Mihi sat est, quòd tibi soli meus patet intellectus, unde hæc veritas mecum

cum ab hâc luce migrare non possit. Ob me-
am erga te reverentiam hoc Opus NOVI LV-
MINIS edidi, tibi que dicavi, quem meo iudicio
digniore elegi. Cæterum opto, ut altissi-
mus te pervenire ad opta-
tum finem fa-
ciat.

F I N I S.



M. AR.

M. ARNALDI

DE VILLANOVA,

MAGISTERIVM

PERFECTVM ET

GAVDIVM COM-

pletum: quod qui-
dem est

FLOS FLORVM:

THESAVRVS OMNIVM IN-
comparabilis, Margarita, in quo reperitur
vera compositio & perfectio Elixir; tam ad al-
bum, quam ad rubrum componendum: Videlicet
ad Solem, & Lunam comparatum, cui
accesit eiusdem au-
toris libellus.

DE LAPIDE PHILOSOP-
horum, Epistola nova super Alki-
mia & Electuarium mirabilis præservantis ab
Epidemiâ & confortantis minieram
omnium virtu-
tum.

AVGVSTAE TREBOCORVM.

ANNO

M. DC. XXX.

FLOS FLORVM.

SCias Carissime; quòd in omni re, quæ sub
 cœlo est creata, sunt quatuor Elementa,
 non per visum, sed per virtutem. Vnde
 Philosophi velamine scientiæ elementis,
 istam scientiam tradiderunt: & ad litteram in-
 telligentes operantur ex sanguine, capillis, ovis
 & urinâ, atque multis aliis, & ex illis primò ex-
 traxerunt quatuor Elementa, ut cum eis opus
 perficeretur, separâdo primò per distillationem
 ex prædictis aquam claram, deinde oleum citri-
 num in superficie: quod dicunt ignem & aërem
 continere, & terra nigra in fundo remanet.
 Postmodum cum aquâ terram abluunt, & de-
 albant, ipsam imbibendo, & decoquendo, &
 distillando aquam illam toties, donec terra de-
 albetur. Deinde reducunt oleum illud ad ignem,
 paratum, distillando, quousq; dicta terra totum
 bibat, scilicet aquam, oleum, & tincturam, &
 istam terram sive cinerem projiciunt super cor-
 pus fusum, videlicet super cuprum, aut aliud, &
 nihil inveniunt. Et tamen faciunt, & operan-
 tur secundum quod Philosophi dicunt in Libris
 suis, & sic ceciderunt in errorem non invenien-
 tes introitum. Illorum autem error est: quo-
 niam certum est, ex homine generari homi-
 nem, & non nisi ex equo, equum, & ex aliis
 animalibus non nisi sibi similia. Cum igitur ista
 sint à natura metallorum penitus aliena, impos-
 sibile est ex ipsis fieri generationem ex metallis:
 quia Metallum non generatur, nisi ex spermate
 proprio.

Argentum autem vivum est sperma metallorum & origo eorum: prout dicunt omnes Philosophi, & etiam usus, & ratio docet, prout inferius declarabo. Ista autem prædicta: videlicet sanguis, capilli, ova, urina & cætera vegetabilia, non sunt Argentum vivum: ergò ex ipsis non potest fieri generatio seu transmutatio metallorum, non sunt igitur prædicta Lapis noster, licet sint exempla. Sunt alii, qui accipiunt quatuor Spiritus, Arsenicum, Sulphur, Argentum vivum, Sal-armoniacum & dicunt spiritus: quia ab igne fugiunt, & evolant in fumum, & ista accipiunt loco quatuor Elementorum. Vident enim, quod Philosophi dicunt in libris suis, scientiam esse in spiritibus, ac istos subjacentes, ut sint naturæ aëreæ, vel ut naturæ aëreæ efficiantur, fixant postmodum calcinando, ut sint naturæ terreæ, solvunt, ut sint naturæ aqueæ, distillant, ut sint naturæ igneæ. Hæc autem componuntur juxta libros, credentes habere scientiam Elementorum, composita autem simul, componunt supra cuprum, & nihil inveniunt: sed, ut primi, ita ipsi errorem labuntur. Causa horum est multiplex: duæ sufficiunt, una quarum nunc est, quòd, ut dictum, metalla non generantur nisi ex suo spermate. Ista autem non sunt sperma Metallorum perfectorum, excepto Argento vivo, ergò ex eis non potest fieri generatio vel transmutatio in metallis. Item, quia Sulphur & Arsenicum citò comburuntur in igne, & ab ignis combustionem in carbonem transferuntur. Quomodo ergò expectabitur de eo bonum, cum citò comburatur, & in carbonem

*Argentum
vivum est
sperma &
origo Me-
tallorum.*

bonem reducat: nec debeat expectari aqua? Patet igitur subtiliter intuenti, quod nec ista per se, nec juncta cum corporibus, nec mixta cum oleis extractis ab ovis, sanguine, capillis, urina vel aliis vegetabilibus, nec mixta ad invicem sunt Lapis noster, aut Medicina nostra, & hoc propter rationes dictas: quia ad generationem hominis non fit commixtio alicujus rei: nec ad generationem alicujus animalis, nec ad generationem plantæ, nisi suis propriis seminibus, aut spermatibus. Quare Magisterium nostrum non indiget aliqua re extranea. Quidam credunt in salibus, se aluminibus scientiam invenire, & ea solvunt, & calcinant, fundunt & præparant: & aliqui per se projiciunt super corpora imperfecta. Alii simul miscent cum spiritibus, ut dictum est. Præparant autem cum corporibus præparatis, & nihil inveniunt, & causa horum errorum est similis præcedentibus. Quidam ex solis corporibus credunt Medicinam elicere, & præparant eam calcinando, solvendo, congelando, & projiciunt super corpus: sed decipiuntur, qui sperma Metallorum ab initio non accipiunt, sed corpus: ut est in naturâ suâ. Ex rationibus ergo dictis patet, quod non in sanguine, ovis & capillis, aut aliis vegetabilibus apparet, aut habetur scientia nostra, nec in spiritibus prædictis per se, aut salibus, vel aliis quibusvis. Quidam subtilius insipientes consideraverunt Argentum vivum esse principium Metallorum, & ipsorum originem coloris sulphurei invenitur: decoxerunt, & sublimaverunt per se Argentum vivum

vivum, & fixerunt, & præparaverunt: at nihil inveniunt. Erroris causa est: quia sperma viri non prodest, nec fructum affert, nisi projiciatur in matricem mulieris. Ita Mercurius tanquam sperma, nihil prodest, nisi projiciatur in matricem corporum, ut ipsum maturant, Quidam ipsum cum corpore subigendo, miscuerunt, & laverunt tamdiu aqua dulci, quoad in eis apparuit, quod in corpus mundum sit redactum. Illud autem coxerunt usque in finem credentes, quod Argentum vivum cum tali corpore misceatur: Sed nihil invenerunt, quia corpus immundum invenerunt, & Argentum vivum evanuit: sed corpus fuit mundius quàm fuisset. Causa ergò erroris illorum est: quia sperma non jungitur cum corpore, nisi Lunâ mediante: quoniam anima est medium inter spiritus & corpus, ipsa ad invicem conjungens. Anima autem fermentum est: quia sicut anima corpus vivificat hominis, sic fermentum corpus mortuum, & à naturâ sua penitus alteratum. Vnde anima obtinet principatum exercens vires suas: sed quid sit fermentum infra dicetur. Quidam miscent corpora imperfecta cum corporibus perfectis, & in examine ponunt, credentes quod id, quod bonum est, & purum in corporibus imperfectis cum perfecto remaneat, & residuum evanescat. Hoc autem non videntes illusi sunt, & cecidit in eis cogitatio parva: quia corrumpit corpora imperfecta: scilicet terrea, sulphurea, adustiva quæ conjuncta est per minima cum corpore perfecto impediens ne perficiatur. Nota hic

Sperma viri non prodest.

Anima est fermentum.

quod oporteret habere duplicem virtutem, quæ separaret terream comburentem à commixtione, & quæ ad naturam suam jam separaret. Hanc autem virtutem in suâ crassitie habere non potest. Hæc omnia tentaverunt communiter operantes, prout & ego jam tentavi, & obstupuerunt tanquam desperari de scientia intellectus imbecillitate, Magisterium relinquentes. Scias autem quod materiâ omnium Metallorum & eorum sperma est Mercurius decoctus & inspissatus in ventre terræ, colore sulphureo decoquente, & secundum veritatem Sulphuris & ipsius multitudinem, in terrâ diversa Metalla generantur. Semper tamen eorum materia est una & eadem essentialiter: solo tamen differunt accidente, sed decoctione majori, aut minori, adurenti vel non adurenti, seu comparatis, & in hoc omnes Philosophi conveniunt, sed adhuc carissime fili, id tibi clarius demonstrabo. Certum enim est, quod omnis res est ex eo, vel de eo, in quod resolvitur. Exempli gratiâ, Glacies vel Nix convertitur in aquam mediante calore: ergò prius fuit aqua, quam nix vel glacies. Sed omnia Metalla convertuntur in Argentum vivum: ergò prius fuerit Argentum vivum. Modum autem convertendi ipsa in Argentum vivum inferius te docebo. Hoc autem supposito, quod Metallum possit resolveri in Argentum vivum, solvitur illorum opinio, qui dicunt spiritus, aliàs species, in Elementa & naturam Elementorum transmutari non posse, quia hoc verum non est, ut ipsi asserunt, nisi ad primam materiam reducantur. Reductio ipsius
ad

ad primam materiã est facilis, ut inferius ostendam. Ergò transmutatio est facilis & possibilis metallis. Nam omne crescens & nascens multiplicatur, ut patet in plantis & arboribus. Nam ex uno grano mille procreantur: ex unâ arbore infiniti procedunt ramusculi, ex quibus fiunt diversæ Arbores, & infinitæ, ita multiplicantur. Metalla autem in terrâ nascuntur & crescunt: ergò potest fieri eorum multiplicatio similiter. Itaq; carissime Fili, ostendi tibi sapienter, si quæ dixi tenes, errorem omnium operantium communiter cum causis suis, idq; confirmavi esse verum demonstratione aperta, & dilucida. Nunc Dei auxilio ad practicam veniamus. Primò oportet reducere corpora ad primam materiam, ut fiat in eisdem generatio & multiplicatio. Attende igitur quæ describantur.

Accipe cupri *libram 1.* & fiat ex eo limatura munda, & misceatur cum *4. libr.* Mercurii terendo in mortario cum sale modico & aceto, quousq; simul amalgamentur. Cum autem cuprum fuerit optimè conjunctum, huic adijunge XII. partes aquæ vitæ, ut si massa fuerit librâ unâ, aquæ vitæ partes sint XII. Pone totum in urinali super ignem debilis cineris inferius, lentissime ad ignem, per diem naturalem, post finas infrigidari, deinde colato aquam tuam cum omnibus, quæ in eâ sunt per pannum linteum, donec exeat & transeat per pannum, de aqua id quod de corpore resolutum fuerit, & non per filtrum, quia per filtrum non exiret resolutio corporis, & pars quæ poterit exire exeat. Hoc autem seorsum pone: deinde accipe id
 O 3 quod

quod remansit in panno, & iterum cum novâ aquâ benedictâ, repone ad ignem, in vase prædicto, per diem ac noctem, ut prius, & colla, ut supra, & aquam secundam cum primâ seorsum ponas, ut supra: & sic toties reitera quousq; opus ad aquam revertatur; hoc est ad primam materiam, quod est Mercurius. Quo-
 dicto totum istud accipe, & pone in vase vitri, & decoque super ignem lentum, quousque videris in superficie nigredinem apparentem, quam remove subtilius quàm poteris, & sic reitera coquendo, & nigredinem à superficie tollendo, quousque appareat nihil nigredinis, & aqua remaneat clara. Nunc habes aquam & terram, scilicet: duo principalia Elementa. Deinde accipe illam terram & nigredinem, quam collegisti, & pone in vase vitreo, & superfunde de aqua prædicta, quousque super eam natet: & coque lento igne per quatuor dies: tunc aquam pone & coque, & sic deinceps, quousq; terra, & alba, & clara fiat. Hoc est, quod Philosophi dixerunt: hæc aqua cum terrâ putrescit & mundificatur: quia cum mundificata fuerit, auxilio DEI totum Magisterium dirigetur. Nam mundata, & clarificata seu dealbata, ut dictum est, aqua cum dictâ terrâ, mediante calore, coagulata & inspissata, terram istam coagulatam cum aquâ suâ, & inspissatam sine aliâ aquâ decoques forti igne in Cucurbitâ vitreâ, Alembico vitreo super posito, donec quicquid fuerit de aquâ ascendat ad Alembicum, & terra remaneat calcinata. Tunc accipe de fermento, de quocunque volueris, quartam sui partem,

rem, id est, si fuerit una libra corporis perfecti, accipe de fermento *una. 3.* Fermentum verò, aut est Aurum aut Argentum: & istud fermentum fermentatur sic, ut de terrâ factum est, & eodem modo cum ordine præparatum simul conjunge & imbebe cum aquâ prædicta, & coque per tres dies aut plures. Tunc iterum aquâ suâ imbue & coque ut prius: & hoc toties reitera, donec hæc duo in unum reducantur; quod considerans, quando color non variabitur in eisdem, tunc super eis infunde aquam prædictam, partem post partem paulatim, quoad biberit ipsa quantum poterit, semper novam aquam infundendo. Nam in istâ conjunctione, spiritus & corpus ita miscentur, & cum eisdem anima, ut unum fiant, & corpora convertantur in naturam ipsorum: quia germen conjungitur cum corporibus ipsorum, prædictis mundatis, quod non poterat antè propter eorum immundiciem & grossitudinem: sed nunc cum eis conjungitur, & in eis crescit, & augmentatur. Nunc revertar Carissime ad dicta prius, applicans super eis singulariter dicta Philosophorum antiquorum obscure in parabolis collocata, ut me ad verum sensum eorum pervenisse, facile dicas. Primum verbum est, corpus in Argentum vivum reductio, quod quidem Philosophi vocarunt solutionem, quæ est artis fundamentum. Sic ajunt: Nisi corpora solveritis, in vanum laborabitis: de quâ solutione tractans Parmenides in libro turbe id dixit. Si hunc librum legissent, & intellexissent, feirent atque, aquam esse permanentem, quæ

*Verbum
primum.*

Parmenides.

absque suo corpore cum quo juncta & unum facta est, permanens esse non posset. Non igitur corporum Philosophorum aqua nubis, sed ipsorum conversio in aquam, ex quâ fuerunt creata, scilicet Argentum vivum, convertitur in aquam lymphidam, ex quâ primum fuit. Ecce, Dei gratia, unum habes Elementum

2. *Verbum* quod est aqua. Secundum verbum est, ut sit terra. Et hoc est quod Philosophi dixerunt de grossitudine aquæ terram generari, quoniam feces aquæ, quæ remanent infundo vasis, terram ipsi Philosophi dixerunt. Sic habes ergò, secundum alios, Elementum terræ.

3. *Verbum* Tertium Verbum est, de mundificatione terræ, *Morienus* de quâ Morienus Philosophus dicit: Hæc terra cum aquâ putrescit, & mundificatur, quæ cum mundificata fuerit, auxilio Deitatis, totum Magisterium dirigetur: de quâ etiam dixit *Pheyrrer* in libro turbæ: Iunge siccum humido, scilicet terram aquæ. Ecce, & aquam per se jam habes, & terram dealbatam cum aqua.

4. *Verbum* Quartum Verbum est de aqua, quæ potest evaporare per distillationem sive sublimationem, per quam efficitur ipsa terra aërea, cum esset prius id spissatum cum terrâ & coagulatum. Sic habes terram, aquam & aërem, &

Philettes. hoc est, quod Philettes in libro turbæ dixit: Dealbatum siccum igne comburitur, quousque ex eo exeat spiritus, qui in eo invenitur qui dicitur cinis Hermetis, & remanet terra calcinata in fundo vasis, quæ est naturæ igneæ. Sic habemus in prædictis præparationibus quatuor Elementa. Hæc ergò terra calcinata, est illa,

Cinis Hermetis.

illa; de quâ ait Miseris Philosophus : Nec cinerem vilipendas, qui in inferiori loco, co-¹²¹teste, existit. In eo enim est diadema cordis quod permanet. Cinis postmodum erit cum prædictâ terrâ, cum quâ fermentum ponitur, quia Philosophi fermentum dicunt animam. Et hoc ideo, quia sicut corpus humanum absque suo fermento, seu eius anima nihil valet, ita est in proposito. Nam fermentum ut dictum, est corpus, & ad naturam suam alia convertit. Et scias quod non est fermentum nisi Sol & Luna: hoc est Aurum & Argentum iis Planetis appropriata. Nam, ut illi duo dominantur aliis planetis, ita ista duo corpora aliis dominantur, & ea ad suam naturam convertuntur, & sic à plurimis fermentum dicuntur. Oportet ergo fermentum corporibus introduci: quia est eius anima; quod dixit Morienus. Nisi corpus immundum mundaveris, & cum dealbatum reddideris, & in illud animam miseris, nihil hoc Magisterio direxisti. Igitur fit conjunctio fermenti cum corpore mundato: cum vero spiritus jungitur, lætatur & gaudet cum eis: quia mundata sunt à naturâ sua grossa, & subtilia facta sunt. Quod dixit Ascanus in libro turbæ: Spiritus non conjungitur cum corporibus, donec à suis immundiciis perfectè fuerit denudatus. In horâ conjunctionis mirabilia maxima apparent. Nam omnes colores de mundo apparent in operando, quotquot excogitari possunt: & corpus imperfectum coloratur coloratione firmâ, mediante fermento, quod fermentum est anima, & spiritus mediante

diante animâ cum corpore conjungitur, atq; ligatur, & cum eo simul in colore fermenti convertitur, & fit unum cum eis. Ex prædictis apparet subtiliter intuenti, Philosophos in suis verbis obscurissimis vera dixisse. Nam Philosophi dicunt in libris suis, quod Lapis noster est ex quatuor Elementis: quia ipsum Elementis comporaverunt. Et ostensum est primò qualiter sunt quatuor Elementa, dixerunt etiâ, quod Lapis noster compositus est ex corpore, animâ & spiritu, & verum dixerunt. Nam corpus imperfectum corpori comparaverunt: quia est infirmum. Aquam, spiritum dixerunt: quia verè spiritus est. Fermentum animam dixerunt: quia sicut suprâ dictum est, corpori imperfecto vitam tribuit perfectam, quam prius non habebat, & meliorem formam produxit. Dixerunt etiam quidam Philosophi: Nisi corpora ducatis, ut fiant incorporea, id est, non corpora, & incorporea corpora, nondum operandas regulas invenistis, & verum dicunt. Nam primò fit aqua, id est, Argentum vivum, & sic fit incorporeum: deinde ex conjunctione spiritus aqua fit corpus. Vnde dixerunt quidam, Converte naturas, & quod quæris invenies: hoc verum est. Nam in nostro Magisterio primò facimus de grosso subtile, id est, de corpore aquam, post de hujusmodi siccum, id est, de aqua quæ est humida, terram, id est, siccum. Et si naturas convertimus, & facimus de corporeo, spirituale facimus item è converso, ut dictum est, & quod est superius, fit inferius, & è converso, id est, facimus, ut spiritus sit corpus, & corpus spiritus, ut in principio operationis, videlicet in solutione fit: quia

quod est inferius, & quod est superius totum
vertetur in terram. Itaque patet ex prædictis,
quod Lapis noster quatuor sunt Elementa: &
sunt anima, corpus & spiritus: & Lapis noster, ut
quidā dicunt Philosophi, fit ex unā re cum uno,
& certè verum dicunt. Equidem totum no-
strum Magisterium fit cum aqua nostra, ex eā &
per eam. Nam ipsa solvit corpora, ut dictum,
non illā solutione, quā credunt imperiti, quod
convertantur in aquam nubis, sed solutione ve-
rè philosophica, scilicet quod convertantur in
aquam primam, ex quā prius fuerunt. Ipsa enim
aqua corpora calinat, & in terram reducit. Ipsa
eadem aqua transformat corpora in cinerem, &
eam incinerat, dealbat & mundificat juxta ver-
bum Morieni dicentis: Azoth & Ignis lationē
abluunt atq; mundificant, & eius obscuritatem
ab eo penitus eripiunt. Latio autem corpus im-
mundum est, Azoth & Argentum vivum, & cor-
pora diversa conjungit modo dicto præparato,
conjunctiōe tali, quā non poterit ignis poten-
tia, nec alia tentatio, seu probatio separare: quia
ab ignis combustionē defendit, & eorum unum
in aliud mittit, & corpora sublimat nō sublima-
tione vulgari, quā intendunt idiotæ. quod subli-
mare sit superius ascendere per ignem. Ideo ac-
cipiunt corpora calcinata, & miscent cum spi-
ritibus subtilitatis, scilicet cum Mercurio, Ar-
senico sublimato, & cum Arsenico sale, & per
ignem fortem, & subitaneum corpora ascendere
faciunt cum spiritibus: & dicunt, quod tunc cor-
pora sunt sublimata, quib. tales talluntur: quia
ipsa postmodum, quam prius magis immunda

reperiuntur. Cæterum scias, quod nostrum sublimare, non est superius ascendere, sed sublimare Philosophorum est de re infimâ atque facile corruptibili, altam facere atque magnam, id est puram, ut cùm dicimus: Hic homo sublimatus est, id est, in dignitate positus. Sic enim dicimus: corpora sunt sublimata, id est, subtiliata, & in alteram conversa naturam: sublimare apud Philosophos est subtiliare, & decretare, quod totum facit aqua nostra benedicta. Sic ergo intellige nostram sublimationem: quia multi sunt in hoc decepti. Aqua etiam nostra mortificat, & vivificat, & apparere facit colorem primò nigrum in mortificatione corporis, dum in terram vertitur, postmodum multi apparent colores & varii ante dealbationem: quorum omnium finis est albedo. In conjunctione verò corporis præparati & fermenti, colores apparent infiniti tot, quot ab homine excogitari non possunt. Quare apparet quod nostrum Magisterium est in uno, & cum uno fit ex quatuor, ut dictum est, & ex tribus, ut etiam dictum. Scias igitur Carissime, à Philosophis nomina nostri Lapidis fuisse multiplicata ad hoc, ut eum occultarēt, dixerunt enim eū esse corporeū, & spirituale, & revera mentiti non sunt, prout sapientes intelligere possunt. Nam ibi est corpus & spiritus, & corpus factum est spirituale, ut in solutione dictum: & spiritus factus est corporalis in conjunctione ipsius cum corpore imperfecto & fermento. Quidam etiam Philosophi, ut dixit Eximeus in libro turbæ, sic vocave-

raverunt dicentes: Scitote omnes scientiam inquirentes, quòd nulla sit tinctura vera nisi cum ære nostro, infinita nomina imposuerunt, ne ab incipientibus perciperetur, quoquo modo ipsum nominarent: tamen unum & idem est opus omne. Vnde Morienus dixit, quòd assimilatur hoc nostrum Magisterium hominis creationi. Nam primò est coitus, deinde conceptio, postea imprægnatio, quartò ortus, quintò sequitur nutrimentum. Ut autem hoc intelligas faciam, sed diligenter attendas. Sperma nostrum est Argentum vivum, cùm terra conjungitur corpori imperfecto, quæ terra nostra dicitur: eo quòd terra est mater omnium Elementorum, & tunc, secundum Philosophos, coitus appellatur. Dum autem terra capit aliquantulum de Argento vivo secum retinere, dicitur conceptio, & tunc agit masculus in foeminam, id est Argentum vivum in terram, id est, quod dixerunt Philosophi, quod nostrum Magisterium nil aliud est, quàm Masculus & Foemina, & ipsorum conjunctio cùm dominatur aqua in Argento vivo, & Terra crescit, multiplicatur, & augefcit. Hoc autem evenit, cum terra dealbatur, & imprægnatio tunc dicitur: quoniam terra est jam imprægnata: deinde fermentum conjungitur cum corpore imperfecto præparato, ut dictum, donec unum fiant colore & aspectu: & tunc dicitur ortus. Eo enim tempore natus est Lapis noster, qui natus Rex à Philosophis nuncupatur. Vnde dicit Philosophus in libro turbæ. Honorate Regem nostrum ab igne venientem, diademate coronatum.

tum, & ipsum alimentate, usque dum ad ætatem perfectam perveniat: cuius Pater est Sol, Mater verò Luna, Lunam autem pro corpore imperfecto accipiunt, Solem verò pro perfecto. Ultimò ergò sequitur nutrimentum, quousque crescat augmentatione magnâ, & nutrimentum est ex lacte & spermate suo, ut ab initio sui. Imbibatur autem Argento vivo sæpè, & sæpius quousque habeat quod sufficiat, id est usque ad perfectionem, quod est finis totius operis nostri.

Ex his igitur potes intelligere omnia obscure dicta Philosophorum verba, & quod omnes esse, in eodè convenient, nec aliud quàm quod dixi, Magisterium nostrum. Quare habes corporis solutionem, & eiusdem ad primam materiam reductionem, & post in terram ipsius conversionem deinde dealbationem, & in ærem levigationem: quia tunc distillando humiditatem quæ in eo invenitur, fit æreum, quod autem descendit & remanet, est terra calcinata, quæ est igneæ naturæ. Habes etiam istorum conjunctionem ad invicem, & commixtionem animæ & corporis, & eorundem conjunctionem & spiritus, & conversionem ad invicem. habes augmentationem tantum. Cuius utilitas major est quàm ratione concipi

fit.

M. A. R.

M. ARNALDI DE VILLA-
NOVA

DE LAPIDE PHILO-
SOPHORVM.
CAPITA HVIVS
LIBRI.

- | | |
|--|-----|
| I. <i>Quid est Lapis.</i> | 328 |
| II. <i>Quare dictus est naturalis.</i> | 330 |
| III. <i>Quare dicitur animalis siue sanguis.</i> | 331 |
| IV. <i>Quare vocatus est herbalis.</i> | 334 |
| V. <i>De preparatione Lapidis & Via operationis.</i> | 335 |
| VI. <i>De multiplicatione Lapidis.</i> | 338 |

PROOEMIUM.

ARs ista non est nisi de occultis Philosophorum. Nullus igitur ad hanc scientiam accedat, nisi prius logicæ & philosophiæ operam dederit, ut causas rerum sciat & Elementorum: quia frustra fatigaret corpus & animam: nec credat hæc evenire miraculose. Fatui enim habentes libros Philosophorum loquentium parabolicè ad ullam unquam frugem perveniunt: & hoc est nostrum verum Magisterium. Vnde dicit Aristoteles in libro Lapidis scoriæ: Hic est Lapis & non lapis, qui invenitur in omni homine plantæ, montibus, aquis, & vocatur Albedach, super quo omnes meditati sunt & conturbati. Eorum quidā dixerunt, esse animal & vocari rebis: & obscure locuti

Lapis Albedach.

locuti sunt : quia fuerunt qui partem intellexerunt : quod est sanguis : alij dixerunt, quod sit sanguis : alij quod sit capilli hominis : alij , ova. Fatui autem intelligentes de sanguine, capillis, ovis, aluminibus, rebis, salibus operati sunt ad litteram, & nihil inveniunt : quia non bene intellexerunt dicta Philosophorum obicure loquentium : Nam si elare tradidissent ea, sanè male fecissent multis de causis, primò in vulgò notum fuisset : secundò mundum destruxissent : tertio offendissent Deum ; quare suppliciter Deum rogo, det mihi intellectum, ut hoc celem stultis, & declarem prudentibus.

CAPUT. I.

Quid sit Lapis.

Lapis noster, ut Hermes dixit, est in re animata, Hac porro auctoritate introductum fuit primum scire huius. Multi fuerunt expositores, qui minimè intellexerunt hoc, exponentes, quod dixerit in re animata, hoc est in animalibus, alij in plantis & herbis & salibus. Quare modo dicam tibi quid sit Lapis noster. Sol, Luna, Azoth sunt Lapidēs nostri, isti autem Lapidēs sunt mortui super terram, nihil operantur per se, nisi industria hominum administret eis. Ex istis Lapidibus fit ita verum Aurum, & ita verum Argentum sicut anima. Et dicit discipulus Magistro : *quomodo est hoc ? dicunt enim Philosophi quod ars est debiliior natura.* Pau-
cis.

*Sol, Luna
& Azoth
sunt Lapi-
des.*

eis, Magister inquit, tibi respondebo : nos nō facimus : sed natura cui administramus : quare Aurum nostrum non est artificiale, sed naturale. Huius triplicem rationem Philosophia reddit, ut Hermes dicit, quod sit in re animata : quia sicut anima est spiritualis & invisibilis, ita Azoth est invisibilis & spiritualis : quoniam invisibiliter recedit : Et idē vocatus est servus fugitivus, & spiritus ambulans : quia in mundo non est alius spiritus præter ipsum, nec qui operetur quā per ipsum : quia est æreus, quod est signum perfectionis. Quare autem non sit in salibus, seu aluminibus, hæc est ratio : quia fatuus est, qui quærit à naturā quod non est in ea. Quia igitur in aluminibus seu salibus non est Aurum vel Argentum, ne quæramus hoc in eis. Quare autem sit in animalibus : audi Hermetem dicentem : Res sunt secundum earum naturas : ex homine non fit nisi homo : ex leone non nisi leo, quod est simile quid ei. Quare ex animalibus non fit nisi simile eis. Item dixit discipulus : *Quomodo Medecina, qua non est de naturā hominis, curat infirmitatem corporum ?* Magister. Intellige verba Philosophorum : quia non est simile : quoniam Medicina data homini non facit hominem seu foeminam, sed curat infirmitatem : sed non ita, quin possit illi evenire alia infirmitas : sed Medicina nostra data, cui debet dari, facit hominem, seu foeminam, Aurum verum & Argentum verum, adeo, ut nullus defectus postea possit evenire : quoniam mutantur, secundum quod fuit præparatum. Elixir. Discipulus. Dixisti Magister, quod trans-

mutat

*Azoth est
invisibilis
& spiri-
tualis.*

mutat in homine fœminam : hoc non intelligo.

Magister. Declarabo tibi : quia verè transmutat hominem & fœminam : hominem in Angelum , vel angelam fœminam in Angelum : Solummodo intellige cautelas Philosophorū, sis sapiens, & non insapiens : quia Lapis noster debet esse de incombustibili materiâ. Patet ergò quod non est , nec debet esse in salibus, seu aluminibus : sed quia solus spiritus Mercurius est incombustibilis , & aëreus , quod est perfectionis signum , idcò oportet , ut sit in Magisterio. Apparet igitur clarè quid sit Lapis, quod sint Lapides & quare oporteat , ut Mercurius sit in Magisterio.

CAPUT II.

Quod Lapis est naturalis.

SCito Fili, quod Lapis est naturalis propter multas rationes. Primò dictus est naturalis : quia facit quod natura facit, scilicet hominem & fœminam : quod intelligit Philosophus , ignorat fatuus. Secundò quia Pater Philosophorum vocat eum naturalem scilicet Hermes , cui, ut Philosopho, est credendum, & non deceptis, nec deceptoribus. Tertiò, quia materia, de quâ fit : invenitur naturaliter. Omnia autem quæ sunt circa orbem Lunæ , sunt ex quatuor Elementis composita : ergo Lapis iste est Elementis compositus quatuor. Elementorum autem alia frigida, alia calida , alia sicca , alia humida. Est ergò

ergò calidum, aut humidum, aut frigidum, aut siccum. Dixit Magister: Est frigidum, & humidum frigidum: humidum calidum: iterato & humidum. Intellige, quia septem sunt Planetæ, Sol, Luna, Mars, Mercurius, Iupiter, Venus, Saturnus. Mercurius est frigidus & humidus propter Mercurium frigidum, & humidus propter Lunam: calidus & siccus propter Solem. Quare est de naturâ aquæ, terræ, aëris, & ignis. Vndè dicit Aristoteles. quando aquam ex aëre, & aërem ex aquâ & ignem ex terrâ extrahes, habebis Magisterium. Inclina aurem tuam, & intellige dicta philosophorum, & habebis totum Magisterium.

7. Sane
planeta.

CAPUT III.

Quod Lapis noster est animalis.

SCito Fili, quod Lapis noster est animalis. Quare? Quomodo non esset? quia quod habet spiritum, habet animam. *Discipulus.* Quomodo habet animam? Magister. Scias quod quatuor sunt spiritus: Sal armoniacus, Sulphur, Arsenicus, Argentum vivum: ergò est inter spiritus, ergò est animal. Vide quod dixi, quia à spiritu ad animam, ab anima ad animale transitur: ergò Lapis noster est animalis. Hermes autem dicit in libro arcani: Lapis noster est in re animata, id est spirituali. Fatui putantes hoc intelligi de animalibus, operati sunt cum animalibus, & nihil invenerunt nisi perditionem temporis & corporum, & census. *Discipulus.* Quare Lapis noster dictus est sanguis? Magister. Quin dicte Archelaus: Accipe Lapidem, quem

Lapis Philosophicus
est animalis.

quem primores capere consueverunt, & totum conterere, donec totus vertatur in sanguinem, id est, in rubedinem: hinc dictus est Lapis sanguis, cum sit rubeus ut sanguis propter quod & ex quo maxime elicias secretum: quia tunc est de naturâ ignis. Considera & intellige quæ dico, & habebis totum Magisterium. Fatui putantes sanguinem eum, composuerunt libros, in quibus dixerunt, quod Lapis sit de sanguine, & operati sunt cum sanguine, & nihil invenerunt: quia res non fiunt nisi secundum earum naturas. Quare dicit Philosophus: Fac de lacte sanguinem fluentem, & habebis magnum Thesaurum: vult autem dicere: Fac de lacte, id est, de Lapide albificato, sanguinem fluentem, id est, ut sit rubeus, sicut sanguis fluens, id est currens. Discipulus. *Quomodo albificatur, & rubificatur Lapis?* Magister. Recipe Lapidem terræ cum lacte, & erit albificatus: tere cum sanguine, & erit rubificatus. Dicam alio modo magis claro. Recipe villæ terræ cum caro, & erit albificatus. & Recipe villæ terræ cum earisfimo, & erit rubificatus, id est eugi mediante: quia eugi facit conjungere eos, purgat & deaurat. Fatui autem intelligentes ad litteram dicta Philosophorum, tentant, & nihil inveniunt, est enim mendacium falsa scientia: quia tentavimus, & nihil invenimus, sic ajunt, & desperati vilipendunt libros, & scientiam. Id autem faciunt: quia nihil nimicum magis scientiæ quâ ignorantia. Discipulus. *Si tibi Magister placeret, libenter audirem aliqua hujus artis præcepta.* Magister. Dicam, sed diligenter observes.

Qui-

Quicumque vult ad hanc scientiam pervenire, sit Philosophus, non fatuus: quia hæc scientia non est nisi de occultis Philosophorum. Secundum præceptum est, ut idem habeat saltem expensas per duos annos: ut si deficiat primâ vice, iteret opus: quia tantum proficit ille qui peccat primâ vice, quantû qui secunda, cautior etenim redditur, ut deinde periculum vitet. Si peccaverit itaque sæpius, nec habet expensas, opus remanet incompletum, & amisit omnia. Quare saltem habeat expensas per duos annos. Tertium præceptum est, ut non operetur in potestate alicuius magnatis sive principis propter tres causas. Prima si opus sit longum, dicet quotidie: *Magister*: quomodo se habet opus? ac deridebit te, dicens: mendacium est, impostura est. Si autem opus erit bonum, dicet, rogo doceas, si docueris: periculum est ne jubeat te interfici, ut solus sciat: nam suspicabitur. Hic fortè ibit ad aliquem adversarium meum: qui me sua potestate destruet: nullo modo igitur opereris cum magnate, unde versus

Vtere pane tuo, sic Serè liber eris.

Quartum præceptum est: si scientiam habeas, age Deo gratias, & largire pauperibus, sciens nisi hoc facias, nihil tibi benè vertet. Vel scientiam non habes, & operaris. Deum roga: quoniam ipse est veritas, justitia & bonitas: & nunquam ulli reveles secretum tuum: quia si dicis alijs, eris diffamatus, & gentes dicant, quod sis falsarius, & vir pessimus, sicut semel mihi accidit, & fui captus per unum mensem.

Ca-

Quod Lapis noster est herbalis.

*Lapis Phi-
losophicus
est herba-
lis.*

*Mercurius
non potest
congelari
cum her-
bis.*

Lapis noster est herbalis: *Discipulus. Quare?* *Magister.* Quia sicut herba habet animam, ita Lapis noster habet animam. Hermes enim dicit. Lapis noster est de re animata, fatui existimantes eum, herbam esse: quia Philosophi dixerunt: herbalis est: ideò operati sunt cum herbis, & nihil invenerunt: unde dixerunt: nō est veritas in hāc scientiā. Alij dixerunt: Mercurius debet congelari cum herbis: herbas quæsi verunt, sed frustra. Non tamen dico, non posse Mercurium cōgelari cū herbis, sed nihil valet: quia cum credunt aliquid magni fecisse, dicētes scio cōgelare Mercurium, toto errant cælo: dicant potius, destruere novi. Nam cū Mercurius congelatur, debet esse vivus, & ipsū congelant, & cum frangibilē faciūt, & nihil valet. Omnis autē Mercurius benè cōgelatus, debet esse de pondere Auri, licet sit albus, quod est perfectionis signū: quia nihil ei deest, nisi color, & erit Aurū. *Discipulus. Cur vocatur Lapis noster, Serpens rubicundus?* *Magister:* quia citò rubificatur. Dixit *Discipulus. Quare discunt Philosophi, Mercuriū nō mori, nisi interficiatur cum fratre?* *Magister.* Sic primus eorum loquutus est: Hermes fuit: Draco nunquā moritur, nisi cū fratre interficiatur: hoc est: Mercurius nunquā moritur, id est congelatur, nisi cū fratre suo, id est Sole & Lunā: ideò dicit Avicēna, Eac quod non videt: dimitte quòd non videt & habebis Magisteriū: *Et secundo capite.* Lapis herbalis sunt capilli, sanguis, ova & urina. Hoc dixit ad denotandum quatuor Elementa: ne mihi credas sed Philosophis: quia qui fecerunt, ut a-

junt, receptas, imperitissimi huius scientiæ fuerunt: tantum habentes. qui obscurè loquuntur huiusmodi libros. decepti decipiuntur: ut Monachus, qui in hac arte laboraverat p. xii. annos, nihil sciens. Vnde desperatus librum fecit, cuius titulus, Flos paradisi, in quo plus quàm 10000. receptæ sunt, eius exempla, omnibus dedit, ut omnes qui desperati erant falleret.

CAPUT V.

De præparatione Lapidis & via operationis.

QUod de præparatione dicā Lapidis, partim didici à fratre meo, partim habui à Monacho quodam Germaniæ: sed sit, qui hoc quærit, Philosophus: quia est de occultis Occultorū. Absit invidia, ut errantes ad viā veritatis perducere valeā. Hic in principio omnium eius operationū dicā Hermetis summi Philosophi viā, quod intelligenti erit clarū & imperito obscurum. Dico in quā quod Pater, Filius & Spiritus sanctus unū sunt, & tamē tria: mundus perditus fuit per foeminā, oportuit, ut per foeminā esset restitutus. Matrē igitur purā accipias, & in lecto cū filiis ponas, ut intendis, & ibi strictissimā poenitentiam faciat, donec fuerit benè ab omnibus peccatis mundata, & tunc filiū pro certo portabit, qui omnibus prædicabit, dicens: Apparuerunt signa in Sole & Lunā. Capiatur igitur, optimè verberetur, & castigetur, ne causa superbiæ perdat. Geber dixit, quod ex Mercurio totū fit. Itē alio capite dicit, quod Sulphur cōmune invenitur in Sole & Lunā: in Mercurio facilius: in corporibus melius: & idem alio capite dicit: Ad hoc citius fit unctura, ut melioretur plusquàm est in suā

naturâ : Filium verberatum capias cum in lecto ponas , ut intus aliquantum delectetur , quod cum senties , cum cape nudum , in aquâ extingue frigidâ : & iterum in lecto repone, tunc delectari incipiet : sed iterum cape & Iudæis ad crucifigendum trade, cum crucifixus fuerit, nec Sol nec Luna videbuntur, velum templi scindetur, terræmotus maximus erit & mutationes. Fortius ergo incendium adhibendum erit, tunc emittet spiritum. At multi in hoc erraverunt. Discipulus. *Equidem hæc Verba non intelligo.* Magister. An non convenit, ut hoc Secretum secretorum tibi occultem, ut Philosophi in hoc & in alijs scientijs fecerunt ? Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt : Imò non ad nostram tantum doctrinam, sed amore tui dicam clarius. Purga Lapidem terræ, parum frange canicula, & habebis rem bonam : si dicta Philosophorum intelliges, rem habebis bonam, scilicet Magisterium. Scito quod filius crucifixus infra parvum tempus resurget de morte ad vitam, & cum habebit animam fortius incendium erit dandum : Nam cum solo igne nutritur. Ideò vocaverunt Philosophi Salamandram : quia sicut Salamandra, solo igne nutritur. Discipulus. *Quomodo ?* nam suprâ dixeras, quod erat frigidum & humidum, modo dicis, quod solo igne nutritur, frigidum autem & humidum sunt de naturâ aquæ, & aqua & ignis sunt contraria. Quomodo ergo unum contrarium nutritur reliquo ? Magister. Non bene intelligis. Nonne vides, quod vinum calidum est, & acetum ex vino tamen esse frigidum ?

dum? Similiter videmus per influentias Planetarum, aliquem nasci hominem sub fortitudine alicuius Planetæ, qui deberet esse luxuriosus & malus, & tamen optima disciplina planè alius efficitur, nam ut Ptolemæus ait, Sapiens dominabitur astris. Idem dico de Lapide: quamvis sit frigidus, ratione assuetudinis quam habuit cum igne, jam factus est de naturâ ignis. Vnde dicit Morienus Philosophus, Azoth & ignis latonas albificant, & rubificant. Quare dixerunt Philosophi. Vnus est Lapis noster, cui nihil alienum introducitur, & si figat, perdetur. Discipulus. *De perfectione Lapidis nunquid amplius loqueris?* Magister. Cum fortius incendium fuerit assecutus, est filius in Cælo coram omnibus, tunc eum percutit, & vulnera fortiter, unde Philosophus dicit: Fac fixum fugiens, & fugiens fixum: tunc habebis totum Magisterium. Intra domum, & vigila ad filium: si non vult surgere, projice eum de cælo in terram, & primò accende in cælo ignem, post in terrâ: tunc filius pro certo exaltabitur: bellum fortissimum vincet: atq; in suâ potestate subjugabit inimicos suos: quod in conjunctione cognosces, seu colore, & tunc de servo revertetur imperator pacificus si nationes gentium converteris. Attende ergò quæ parasti, quòd si Lunam posuisti, duplici Coronâ erit coronatus, si Solem, diademate triplici invenies coronatum.

*Azoth &
Ignis latona
albificant &
rubificant.*

CAPUT. VI.

De multiplicatione Lapidis.

Agam Fili, hoc capite de multiplicatione Lapidis Philosophorum, quæ est insipienti difficilis, at sapienti facilis. Cum igitur Lapis Philosophorum, sit de notabilissimâ materiâ, potest multiplicari usque in æternum & in infinitum secundum Philosophos. Discipulus. *Secundum quem numerum?* Magister. Secundum numerum Argorisimi. Discipulus. *Pone numerum, & ut melius intelligam,* puta de 10. decies sunt 100. centum decies sunt 1000. mille decies sunt 10000. & 10000. 10000. sunt 100000 Magister. Pone de electo *unc. l.* supra X. & illis X. una supra Centum. & de illis centum, una suprâ mille & sic usq; in infinitum. Modo dicam tibi veritatē obscurius, *unc. l.* supra decem ferri, & erit totum Argentū. pone de isto ferro infra, supra centum plumbi, & erit totum Argentum. Pone *unc. l.* de electo rubeo supra 100000. fœminæ prægnantis de puella, & fiet Rex Gall. nationum: vel pone unam suprâ 100. plumbi, & fiet Rex Gal. nationum. Intellige quæ dico, & habebis totum Magisterium. Contestor & adjuto te, ad cujus manus pervenerit hic liber, ne ostendas eum nisi Philosopho: quia si alii ostendes derideberis.

M. A. R.

M. ARNALDI DE

Villa-nova.

*Epistola novæ super Alchymia, ad Regem
Neapolitanum.*

SCias ô tu Rex, quò sapientes posuerunt in opere multas res & multos modos operandi scilicet dissolvere & cōgelare, & plura vasa & pondera, quod fecerunt ad excavandum ignorantibus, & ad declarandum intelligentibus opus prædictum. Et nota ô tu Rex, quod sapientes denunciaverunt opus sub brevib. verbis: licet plura verba alia posuerint, ad adjunxerint, ut non intelligeretur nisi per sapientes. Sapientes verò dixerunt, quòd est unus Lapis qui ex quatuor naturis est compositus, quæ quidem naturæ sunt: ignis, aër, aqua, & terra. Qui quidem Lapis est Lapis in similitudine & in tactu, non autē in naturâ, & vocatur Lapis sive compositum quoddam. Compositum dum est ductum per viam rectam, est id quod quæritur in quo non est aliquid superfluum, vel aliquid quod desit, imò omnia quæ sunt in Lapide sunt ei necessaria, & nullo alio indiget, & quod dictum compositum, sive Lapis est unius naturæ & una res: quæ quidem in decoctione ignis habet diversos colores antequam fiat Lapidis albus perfectus. Et nota ô tu Rex, quòd ubi magis dictus Lapis stat in igne, tantò magis augmentatur de virtute & bonitate, quod in aliis rebus non est ita: quia omnes aliæ res in igne comburuntur & amittunt humiditatem radicalem. Dictus verò Lapis totus solus in

P 2

igne

igne semper melioratur & crescit eius bonitas, & ignis est ejusdem Lapidis nutrimentum. Et istud est unum de evidentibus signis ad cognoscendum Lapidem ipsum, quod intellige bene. Quod compositum sive Lapis dividitur ante operationem duobus modis. Prima corporalis, alia spiritualis, & unum exit ab alio, & est unita, & regatur unum cum alio, & unum meliorat aliud. Et Philosophi nominaverunt unum masculinum & aliud foemininum. Et nota ô tu Rex, quòd quando Philosophi nominaverunt Argentum vivum & manguesium, dicentes, congelat Argentum vivum in corpore manguesiæ: quod ipsi non intellexerunt de Argento vivo vulgari: quod videtur: sed intellexerunt quòd Argentum vivum est humiditas dicti Lapidis, & quia manguesia non est illa quæ videtur vulgariter, sed manguesium vocaverunt totum compositum in quo est rota dicta humiditas: quæ est Argentum vivum, quæ quidem humiditas non esset sicut aliæ humiditates: quæ quidem humiditas currit in igne, & in eodem igne totum compositum dissolvit, congelat, denigrat, dealbat, & finaliter rubefacit & perficit. Et nota ô tu Rex, quòd in opere non ponuntur plura, sed una res duntaxat, nec oportet aliqua fieri trituratione manuum, nec aliquid apponi debet cum dicto Lapide. Et nota ô tu Rex, quòd terra alba vocatur Lapis albus perfectus: & terra rubea vocatur Lapis rubeus perfectus quæ quidem terra alba per regimen dicti operis absque adjutorio alterius rei convertitur in rubedinem. Aqua verò sive Argentum vivum, vocatur humiditas.

miditas quæ est in dicto Lapide. Et nota quod aqua sive humiditas, dum exit de compositione: sive Lapide versa fuit tota compositio nigra in fundo vasis, & sic continuando ignem ipsa nigredo in quâ est humiditas, vertitur in diversos colores: & finaliter in albedinem: quæ quidem humiditas vocatur etiam aer, quia aer seu humiditas miscetur cum terrâ suâ, & cum aliis Elementis in ipso Lapide existentibus: donec fiat unum quid album. Et nota ô tu Rex, quod dicta humiditas aërea quæ est Argentum vivû, est una res cum terrâ suâ prædictâ, & in aliis Elementis in dicto Lapide persistentibus. Quæ quidem humiditas licet sit pauca, est sufficiens ad nutriendum & ad perficiendum totum Lapidem. Et est sciendum, quod in dictâ compositione seu Lapide, sunt Sol & Luna in virtute & potentiâ: ac Elementis in naturâ: quia si hæc non essent in ipso cōposito non fierent inde Sol neq; Luna: & tamen non est ipsum Sol, sicut Sol communis, nec ipsa Luna sicut Luna communis: quia ipsum Sol & Luna existētes in dictâ compositione sunt meliores, quâ sint in ipsâ naturâ vulgari, eò quod Sol & Luna dicti compositi sunt vivi, & alii vulgares sunt mortui: habito tamen respectu ad ipsum Solem & Lunam in dicto Lapide existentes, ut est dictum, licet Philosophi nominaverunt ipsum Lapidem Solem & Lunam ad finem illum, quia in ipso Lapide sunt potentialiter non autem visibiliter. Et est sciendum, quod ipse Lapis sive compositum una est res duntaxat & unius naturæ, & in ipso est totum illud quod est ei necessariû, & in ipso

est id, quod eum meliorat: & illud quod ipsum complet: & non est istud compositum quod est unum videlicet opus aliquorum animantium, seu animalium seu vegetabilium, sed est natura munda & clara de suis propriis mineris quæ transmutatur per regimen ignis, & putrescit, & nigrescit, & albescit, & rubescit, & ad plures alios colores devenit. Et nota ô tu Rex, quod humiditas prædicta quæ est Argentum vivum, est corruptio ipsius Lapidis, quoniam ipsum Lapidem nigrescere facit, & finaliter ipsum Lapidem dealbat. Et nota ô tu Rex & scias, quod Philosophi dixerunt, Fundatis corpus & affetis eum donec convertatur in aquam, quod intelligitur de dicto composito, quod fundatur & congeletur: & tunc vocatur terra. Et nota, quod Philosophi vocant aquam dum dictus Lapis est liquefactus cum suâ aquâ quæ in ipso Lapide est fixa, quæ aqua tunc est currens & alba sicut aqua. Et nota ô tu Rex, quod ipsi dixerunt, quod convertatur aqua in aërem quod intelligendum quod dicta aqua congelatur, & convertitur in corpus quod antea fuerat, quod corpus stet tandiu in regimine ignis donec convertatur ipsum corpus subtile, & in albedinem perfectam redactum, & tunc nominatur per aliquos aër. Sed quando dicitur quod convertatur aër in ignem, intelligitur quod dictum compositum, quod vocatur aër stet in igne fortiori, tamdiu donec rubescat, & tunc erit completum ad rubeum, quod vocatur Ignis sive Sol. Et nota ô tu Rex, quod de uno solo composito: & duntaxat de ipso fit opus, & nō de alio, quod compo-

compositum recipe purum absq; immunditiâ quæ est in eo, nempe quòd sit immundum ut oportet, quod compositum rege ipsum in igne cum suis naturis, & istud facias in principio regiminis ignis, quia in hoc est totus defectus sive periculum. Et dum istud est factum, ulterius non potest esse aliquis defectus, & tunc ignis debet esse inter fortem & lentum: quousq; spir. fuerit separatus à corpore, & ascenderit super terram, & remanebit in fundo vasis corpus mortuum sine spiritu in ipso existente, & signū est, quòd si ponatur super ignem: & non fundit neque fumat, jam est complexum quantum ad istum passum, & dum est ita, reducatur ipse spiritus supra ipsum corpus à quo exivit, qui spiritus est similis nubibus nigris quæ portant aquā. Iste namque spiritus vocatur aqua vitæ. Per aquam sustinetur hoc corpus, & cum quâ moritur, & post mortem revivificatur. Et nota, quòd cum dicto composito est illud quod mortificat & vivificat ipsum compositū, & cum ipso eodem dealbatur & rubescit idem compositum sine adiutorio alicuius rei extraneæ. Item nota, quòd ignis debet esse in principio operis lentus: Secundò mediocris: Tertiò fortis: valet paulative augmentando ipsum ignem donec dictus Lapis albus fiat, & ultimo rubeus.

ELECTVARI MIRABILIS
Præservantis ab Epidemâ & confor-
tantis mineram omnium Vir-
tutum.

Accipe Roris madii collecti de mundissimis
herbis quantum videbitur tibi & distilla
per Alembicum de vitro: Postea accipe zucca-
ram albissimam in quantitate proportionabili
ad ipsum rorem, scilicet ad libram Roris distilla-
ti *unc. 4.* Zuccaræ, postea ad lentum ignem de
lignis salicis siccis, & sine fumo dissolve Zucca-
ram prædictam in ipso rore, & fac bullire levi-
ter & studiose usque ad consumptionem ipsius
Roris quo deposita ab igne pone in vase mun-
do argenteo vel terreo vernisato aut vitreo. Et
tunc habeas de aqua florum pomi citri distilla-
ta per Alembicum vitri, quod si de prædictis flo-
ribus habere non poteris, distilla aquam corti-
cis pomi citri elevando ipsam corticem simul
cum aliquantulo de albo: sed valde parum: &
accipe de ipsa aqua *unc. 1.* Item *unc. 1.* aquæ si-
militer distillatæ, melissæ sive citrariæ: quæ alio
vulgari nomine vocatur tarongina: & dictas
duas aquas de qualibet *unc. 1.* incorpora ad so-
lem fortissimè cum supra dicta Zuccara benè
agitando cum spatulâ, & sic permitte stare in
vase panno subtili cooperto per aliquod spatiû,
scilicet per duos vel tres dies donec inspissetur.
Postea extrahe aquâ de sanguine humano mû-
dissimo ac purissimo & sanissimi hominis: ta-
men non mulieris, & juvenis & recentissimus
qui.

qui poterit haberi distilletur per Alembicum de vitro ter. Aqua ista vocatur Hycoby. Tunc accipe mediam unciam de electissimo sanguine Draconis & distempera cum duab. unciis ipsius aquæ hycoby, & postea misce totum simul cum jam supradicta Zuccara, & fortiter incorporetur ad Solem. Deinde habeas *scrup. 4.* unum ad pondus *iiij.* denariorum : de pulvere croci orientalis, & *scrup. 1.* de electissimo Balsamo: & *scrup. semis* de Musco optimo, & simul cum prædictis omnibus incorpora fortiter ad umbram suavis caloris in vase argenteo. Item habeas *unc. semis* de pul. Rosarum siccarum. Item *unc. 1.* ligni aloes peroptimi subruffi benè & subtiliter pulverisati, & aspergendo hos pulvères super dictam massam incorpora fortiter, & sic permitte vas coopertum dicto panno donec exiccetur, & sic reserva, & semper conservatur. Est tamen bonum quod ponatur aliquando ad lentum Solem. Additur etiam pro personis quinquaginta annorum & supra *scrup. 1.* Auri de payvola, quod Aurum est in modum folii subtilis propter suam pretiositatem. Coralli rubei pulverisati *scrupulum medium*, Margaritarum electarum orientalium *drachm. semis*. Notandum autem, quod in his proportio est servanda secundum hanc formam in majoribus ponderibus vel minoribus. Est autem cavendum summe ne dictus Ros corruptus sit, sed recens: quod per eius turbulentiam & acerbiteriam & odoris gravedinem cognosci potest. Usus autem huius Medicinæ talis est, in mense vel in septimana semel secundum indigentiam unius cujusq; in quan-

P 3,

titate,

Aqua
Hycoby

ritate, videlicet unius nucis mediocris, id est minus bonæ avellanæ: & accipiatur cum vino albo vel aurei coloris purissimo maturo & odorifero calido tamen: cum quo prædictum Eleſtuarium diſſolvatur, & ſic benè tepidum bibatur ante auroram & per totam noctem ante ſtetit in prædicto vino aliquantulū de ligni aloës nō conquaſſato: ſed integro, & ſtet ibi etiā dum caleſcit: poſtea reſervetur. Statim autem cum illud biberit patiens intret lectum, & caveat à frigore, nec inde ſurgat, nec comedat vel bibat, donec ſudaverit per totum corpus univerſaliter, ita quòd tranſierint ad minus quatuor horæ: ſcilicet poſtquam ipſam Medicinam ſumpſerit, uſq; ad horam qua ſumet cibum, & tunc comedat bona & electa & temperate. Hæc eſt utilitas huius Medicinæ accipientis, cor lætificat, calorem naturalem, & ſpiritus & principalia membra adjuvat, & confortat humidum radicale, ab omni accidentali & feſtinanti corruptione conſervat, corruptioni ſtomachi, & venarum obviat, ab ægri tudinibus peſtilentibus, & ab omnibus venenis conſervat: venenum conſumit & fugat: & totum corpus ab humoribus corruptis & ſuperfluis per ſubtiliſſimam reſolutionē & evaporationem per circumferentiam totius corporis, purgat & mundat: juventutem prolongat, & ſenectutem retardat: hominem in ſuo vigore naturali tenet & conſervat ac periodum eius facit ſine ægri tudinib. terminari: univerſaliter omnibus ægri tudinibus: omnibus ætatibus: complexionibus & temporib. confert: ſed maxime debet ſumi tēpore Epidemiæ & Peſtilentiæ.

Quando

Eleſtuarium tēpore peſtis.

Quando Pomi citri non possunt haberi accipias Salviam, Scolopendriam, Buglossam de qualibet *manipul. 2.* & florum Rorismarini *manip. 2.* & abstrahatur inde aqua per Alembicum de vitro & ponatur cum prædictâ aquâ *unc. 1.* Radicis ireos, & ministretur de ipsâ quantum est aquæ citri: scilicet *unc. 1.* unam. Omnes autem distillationes prædictæ fiant per Alembicū de vitro: quia multò melior distillatio est & naturalior. Vas etiam in quo dictum Electuarium conservatur debet habere orificium factum ad modum ventosæ. Si autem Electuarium sæpè dictum non posset de facili fermentari: pone ipsum vas cum Electuario benè clausum ne aliquid valeat, subintrare in sacco, seu arca fursuris triticei, & ibi benè sepelias & sit tibi: donec ipsū videas benè fermentatum. Et quia contingit aliquando: imò valde necessarium est, ut guttosi five ex causâ seu materia calidâ five ex colera recipiant: qui per prædicta impediri possent, ut dictum Electuarium in eis efficaciam non haberet: ordinetur quòd per duos vel tres dies ante bibant tales oxyzaccaram simplicem & postea de ipso electuario recipiant in nomine Domini.

F I N I



INDEX

INDEX ALPHABETICVS HVIVS Operis.

A.

A blutio Aeris	264
Ablutio Aqua	263
Ablutio Ignis & Terra.	267
Aceti & Vini distillatio ad invicem sibi sunt contraria.	
115.	
Aeris Ablutio	264.
Aeris reductio super Elixir	288.
Aeris virtus	112.
Ætas hominis servatur medicamentis Quinta Essentia	
per Naturam	2.
Albedach Lapis	327.
Albificatio Terra	271.
Alchimico non, sed naturali inest virtus conservandi vi.	
tam humanam	37.
Alchimista, quomodo corpora Metallorum transmutare possunt	248.
Alchimista ubi falluntur	315.
Alchimistarum sermo	118.
Alembici Caput	6.
Alembicus cum rostro	50.
Amalgamatis ex Mercurio preparatio	88
Anima est Fermentum	315.
Antimonio probatur falsus Color Auri	36.
Aqua Ablutio	263.
Aqua difficilis & periculosa	102.
Aqua est medium coniungendi illorum Tincturas	278.
Aqua Hycohy	345.
Aqua Ignea	56. 58. 216.
Aqua Solis	112.
Aqua reductio super Elixir	288.
Aqua Vis	167.
Aqua	

I N D E X.

<i>Aqua Vita Veritas</i>	60.
<i>Aqua Vita ad Maniam</i>	170.
<i>Aqua Vita ad Memoriam</i>	170.
<i>Aqua Vita ad omnes dolores sanandos</i>	176.
<i>Aqua Vita solvit Solem & omnes Gemmas</i>	147.
<i>Arcanum pretiosissimum</i>	295.
<i>Argentum vivum quid sit in sua radice</i>	234.
<i>Argentum vivum continet in se Sulphur</i>	240.
<i>Argentum vivum est Elementum omnium Elementor.</i>	247.
<i>Argentum vivum est Materia prima</i>	247.
<i>Argentum vivum est Medicina omnium Metallorum</i>	234.
<i>Argentum vivum est perfectio omnium Metallorum</i>	237.
<i>Argentum vivum est perfectissimum Corporum</i>	237.
<i>Argentum vivum est Sperma Metallorum</i>	313.
<i>Ars distillandi in temperandis ignis gradibus consistit</i>	13.
<i>Auri falsus Color probatur Antimonio</i>	36.
<i>Aurum non fit ex Quinta Essentia</i>	36.
<i>Aurum non patitur corruptionem</i>	108.
<i>Aurum per cementum quomodo affinitur</i>	129.
<i>Aurum per cementum affinitur alius modus</i>	130.
<i>Aurum per cementum regule modus affinitur</i>	131.
<i>Aurum potest resolvi in Quinta Essentia</i>	55.
<i>Aurum resolvitur in 2. Essentia duplici modo</i>	109.
<i>Auri potabilis commoditas</i>	128.
<i>Auri potabilis utilitates</i>	112.
<i>Aurum potabile ad Calvicem</i>	154.
<i>Aurum potabile componendi & solvendi Sole</i>	48.
<i>Aurum potabile ad Lepram</i>	105, 125, 147, 149.
<i>Aurum potabile quomodo fit.</i>	108.
<i>Aurum potabile faciendi alius modus</i>	111.
<i>Aurum potabile cum Gemmis quid operetur immortalis</i>	150.
<i>Aurum potabile Hugonis pessimum, mortale & venenosum</i>	102, 105.
<i>Aurum potabile iuvenescit Senes</i>	101.
<i>Aurum potabile ad Podagram</i>	98.
<i>Aurum potabile redigendi in substantiam potabilem modus quatuor</i>	101.
<i>Aroch vel Aroch</i>	204.
<i>Aroc & Ignis albificant Latonas</i>	337.
2	Aroch

I N D E X.

Aeth est invisibilis & spiritualis 319.

B.

Balneum & Furnus quo in domo ponenda 43.
Balneum Maria 39. 40. 45.
Balsamus artificialis Mellis 100.
Balsamus Hermetis sanat humana Corpora 219.

C.

Cementum quomodo fit 132.
Cementum Regale 131.
Calcinatio Ignis & Terra 367.
Calcinatio Spirituum 305.
ad Calvicem cura 193.
Calybis & Ferri mollificatio 131.
ad Cancrum 171.
Capilli quomodo elongandi & colorandi 100.
ad Capitis agitudines Curatio 219.
Caput Corvi quid sit 87.
Cera ad lutandum confectio 49.
ad Cerebrum, Cura 188.
Chelidonia Virtutes innumerabiles 87. & seq.
Cibaria quomodo diu retinenda 171.
ad Cicatrices Faciei 171.
Cinis Hermetis 320.
Cinis per Calcinationem factus 307.
Circulatorium Cacum 19. 31.
Circulatorium Hermetis 27.
Circulatorium quod Gemini dicitur 20.
Cognitio, quomodo Spiritus à Vino separantur 46.
ad Coitum facientia 225.
ad Colicam Curatio 227.
Colores Terra quot sunt 271.
Commoditas veri Auri potabilis 128.
Compositio Aqua vita cum Lapide benedicto in Aurum
potabile 218.
Compositio Elixiri rubei 329.
ad Conceptionem Mulieris 171.
ad Confortandum Caput 188.
Coniunctio Lapidis 280.
ad Cor,

I N D E X.

ad Cor Aqua vita.	188.
ad Cordis Passiones.	226.
Corpora Metallorum, quomodo transmutantur.	248.
Corpus primum philosophicum quid sit.	246.
Corvi Caput quid sit.	87.
Craticula super quam ponendi sunt Carbores.	52.
Cucurbita.	6.

D.

D ecoctio Lapidis primi gradus usq. ad albedinem.	300.
Decoctio Lapidu secundi gradus usq. ad rubedinē.	303.
Decoctio Lapidu tertij gradus usq. ad calcinationem.	304.
ad Dentium dolores.	171.
Descensio in distillatione, in temperamento ignis.	114.
Differentia inter Aquam & Oleum.	265.
Differentia inter Circulationem & digestionem.	24. 25.
Differentia inter distillationem Aqua vita & aceti.	97.
Diffinitio alia Quinta Essentia.	3.
Directorium Medicina.	197.
Distillandi modus Circulatorie.	23.
Distillatio per descensum.	97.
Distillatio vini & aceti ad invicem sibi sunt contraria.	115.
Divisio Lapidu per quatuor Elementa.	261.
Olum pro Quinta Essentia è musta extrahenda.	37.
ad Dolores Dentium.	171.
ad Dolores Matricis.	221.
Dosis Auri Potabilis.	142.

E.

E fficacia Ignis.	113. 168.
Electuarium mirabile.	344.
Electuarium tempore pestis.	347.
Elementa I V. quomodo debent preparari.	54.
Elementa I V. quomodo sunt corrigenda.	280.
Elementorum transmutatio ad invicem.	254.
Elixir ad Argentum & Aurum.	240.
Elixir Completum.	307.
Elixir ubi inveniendum.	295.
Elixir est Lapis sicut Crystallus.	59.
Elixir perfectum.	251. 273.
Elixir Vita.	113.

I N D E X.

de Elixiri albi incratione	288.
de Elixiri fixatione in compositione ad album	286.
de Elixiri rubei compositione	289.
ad Epatis agritudines	221.
ad Epatis putrefactionem	195.
ad Epilepsiam cura	195.
Epistola super Alchimia	339.
Excellentia Quinta Essentia	3.
Experientia est rerum Magistra	35.
Extractio Olei ab omni re	264.

F.

ad F aciem dealbandam	193.
ad Faciei Maculas.	171. 193.
Fermentum quid sit	315.
Ferri vel Calybis mollificatio	121.
Fixatio Elixiri in compositione ad album	286.
Fixio Spirituum	169.
ad Fluxum Ventris	121. 227.
Fornacis preparatio	93.
Fornax ad separandum I V. Elementa	33. 146.
Fornax debet esse quadrata	43.
Furnus Accidia	9.
Furnus alius Accidia	13.
Furnus ad distillandum Aquam vitam	5.
Furnus Calcinationis	57. 133.
Furnus Cinerum	214.
Furnus Distillationis	151.
Furnus distillationis per descensum	91.
Furnus & Balneum quo in domo ponenda	43.
Furnus ratificationis	159. 215.

G.

G eneratio Metallorum	233.
Generatio Vnius corruptio est alterius.	241.
Gradus ignis cum apparuerit nigredo	302.
Gradus putrefactionis quot sunt	14.
ad Guttam serenam Oculorum	229.

H.

ad H emorrhoidem curatio	227.
Hemorrhoidis Medicina quomodo componitur	228.
ad Hæm.	

I N D E X.

<i>ad Hecticam cura</i>	229.
<i>ad Hepatis agrestudines</i>	221.
<i>ad Hepatis putrefactionem</i>	191.
<i>Hermetis distilla</i>	205.
<i>Hermetis Sigillum</i>	90. 94.
<i>Hippocras, quomodo fit</i>	193.
<i>ad Hydropisim</i>	195. 222.
<i>Hycohi Aqua</i>	345.

I.

<i>ad I Cteritiam, curatio</i>	172. 228.
<i>Ignis qualitas excellit omnia olea</i>	75.
<i>Ignis Augmentatie in distillatione</i>	9.
<i>Ignis Efficacia</i>	113. 168.
<i>Ignis & Terra Ablutio</i>	267.
<i>Ignis & Terra Calcinatio</i>	267.
<i>Ignis gradus quot sunt</i>	10.
<i>Ignis non debet in arte distillandi augmentari usque ad</i> <i>quartum gradum</i>	11.
<i>ad Iliacam curatio</i>	227.
<i>ad Iliorum Dolores</i>	172.
<i>Inceratio Elixiris albi</i>	218.
<i>ad Intestinorum torturam</i>	226.
<i>Instrumenta Ferrea, ad vitra varia</i>	96.
<i>ad Luneturam pro Guttosis</i>	222.
<i>Iuniperus quid</i>	18.

L.

<i>L Ac Virgineum</i>	34.
<i>Lapis Philosophicus quid fit</i>	328.
<i>Lapis Philosophicus unde elicitur</i>	205.
<i>Lapis Philosophicus unde fiat</i>	107.
<i>Lapis Philosophicus unus est</i>	242.
<i>Lapis Philosophicus ex quibus extrahitur</i>	343.
<i>Lapis Philosophicus est Animalis</i>	331.
<i>Lapis Philosophicus est Elixir completum</i>	249.
<i>Lapis Philosophicus est Herbalis</i>	334.
<i>Lapis Philosophicus figit omnes spiritus</i>	38. 76.
<i>Lapis Philosophicus potest elici de natura duorum corpo-</i> <i>rum</i>	245.
<i>Lapis Philosophicus omnia mineralia meralla resoluit</i>	38.

I N D E X.

<i>Lapis Philosoph. sanat omnes infirmitates corporis</i>	219.
<i>Lapidū coniunctio</i>	280.
<i>Lapidū Investigatio perfecta</i>	253.
<i>Lapidū multiplicatio</i>	338.
<i>Lapidū mundificatio</i>	298.
<i>Lapidū preparatio</i>	335.
<i>Lapidū primi gradus decoctio usq. ad albedinem</i>	300.
<i>Lapidū secundi gradus decoctio usq. ad rubedinem</i>	303.
<i>Lapidū tertij gradus decoctio usq. ad calcinationem</i>	304.
<i>Lapidū resolutio in Aurum porabile</i>	212.
<i>de Lapidū inhumatione</i>	259.
<i>de Lapidū divisione per LV. Elementa</i>	261.
<i>Lapides quor sunt</i>	242.
<i>de Lapidē Philosophorum</i>	297.
<i>ad Lapidem Curatio</i>	195.
<i>ad Lapidem in Vesicā</i>	185.
<i>Lapidem perficere ex substantiā Metallorum impossibile est</i>	245.
<i>ad Lepram curatio</i>	125. 172. 227.
<i>ad Loquelam amissam</i>	195.
<i>Lumen novum</i>	296.
<i>Lutum factum ex Papyro &c.</i>	6.
M.	
<i>ad M Aculas faciei</i>	171. 185.
<i>Magisterium perfectum</i>	311.
<i>Magisteriorum utilitates.</i>	278.
<i>ad Maniam Cura</i>	171. 193.
<i>ad Matricem Cura</i>	185. 221.
<i>Medicina arcanisata consumit omnes inmunditates natu-</i>	
<i>ra</i>	217.
<i>Medicina Multiplicatio</i>	291.
<i>Medicina natura unde elicitur</i>	205.
<i>Medicorum sermo</i>	118.
<i>Mel, quomodo distillatur</i>	98.
<i>ad Melancholiam</i>	195.
<i>ad Memoriam Aqua vita</i>	170. 193. 128.
<i>ad Menstrua Mulierum</i>	171. 185.
<i>Mensura & Pondus in omni opere opus est</i>	128.
<i>Mercurius est. Pater omnium Luminarum</i>	244.
<i>Mercur.</i>	

I N D E X.

<i>Mercurius ſic ex Planetis</i>	251.
<i>Mercurius non poteſt congelari cum herbis</i>	334.
<i>Mercurius, quomodo depuratur & purgatur</i>	256.
<i>Mercurij præparatio & purgatio</i>	89.
<i>Metalla unde</i>	313.
<i>Metalla omnia poſſunt reſolvi in 2. Eſſentiam</i>	55.
<i>Metallorum converſio in Argentum vivum</i>	316.
<i>Metallorum corpora quomodo tranſmutantur</i>	248.
<i>Metallorum generatio</i>	233.
<i>Mollificatio Ferri vel Calybis</i>	121.
<i>ad Morbum Caducum</i>	172.
<i>Mortarium marmoreum</i>	80.
<i>Multiplicatio Lapidis</i>	338.
<i>Mundificatio Lapidis</i>	298.

N.

N <i>Arium & oriſ factorem</i>	172. 194.
<i>Natura Medicina unde elicitur</i>	205.
<i>Natura poteſt Medicamentis Quinta Eſſentia atatem hominis ſervare illuſum</i>	2.
<i>Natura Sagax in creatione</i>	287.
<i>Natura & Virtutes Oleorum ex IV. Elementis</i>	75.
<i>Natura letatur naturâ</i>	288.
<i>Nigreda à Calore agente in humido</i>	271.
<i>Novum Lumen</i>	296.

O.

O <i>Culorum agnitiones</i>	171. 185.
<i>Olei & Aqua differentia</i>	265.
<i>Olei potentia</i>	168.
<i>Oleum quomodo extrahitur</i>	264.
<i>Oleum quod tardius à corporibus ſeparatur pretioſius</i>	267.
<i>Oleum Solis, quomodo fit</i>	156.
<i>Oleum Virginicum</i>	162.
<i>ad Ophthalmiam</i>	194.
<i>ad Ori & Narium factorum</i>	272. 194.

P.

P <i>Agarum incarnatio & mundificatio</i>	100.
<i>ad Paralyſim cura</i>	271. 185. 195. 223.
<i>ad Pectus</i>	184. 188.
<i>Pellicanus enſatus vel Hermetus</i>	25. 28.
<i>Pellicanus</i>	

I N D E X.

<i>Mellicanus Circulatorium brachiale</i>	25..
<i>Perfectio Medicina</i>	207..
<i>Periclitatio in omni imperfectiōne</i>	205..
<i>ad Pericula Mulierum in partu</i>	185..
<i>adversus Pestem</i>	176..
<i>Philosophicum opus quid sit</i>	246..
<i>Pili, quomodo non canescunt</i>	171..
<i>ad Plagae Curatio</i>	100..
<i>Planetae quae sunt</i>	331..
<i>Plumbi induratio</i>	111..
<i>Plumbum philosophorum</i>	84..
<i>ad Podagram Aurum potabile</i>	98..
<i>ad Podagram, Aqua vita</i>	182..
<i>de Ponderibus observandis in fixatione</i>	289..
<i>Pondus & Mensura in omni opere opus est</i>	283..
<i>Pondus Fermenti</i>	277..
<i>Pondus Sulphuris</i>	277..
<i>Potentia Olei</i>	168..
<i>Præparatio Lapidis</i>	335..
<i>Projectio in variis rebus</i>	293..
<i>Proprietates Terra</i>	168..
<i>ad Pulmonem Aqua</i>	184, 185, 188, 220..
<i>Pulverisatio Solis</i>	132, 134..
<i>Putrefactio in Speculo Calybis</i>	17..
<i>Putrefactio in Vinacea</i>	17..
<i>Putrefactio Materia</i>	15..

Q uantitatem Lapidis servare	279..
Quatuor modi regimini convertentes ad invicem	255..
Quibus distillandi facultas permittatur	11..
Quinta Essentia quid sit	1..
Quinta Essentia potest educi ex rebus variis	4..
Quinta Essentia extrahitur à Vino	6, 31..
Quinta Essentia quomodo cognoscitur	19..
Quinta Essentia incorruptibilis	28..
Quinta Essentia non est omnino incorruptibilis	30..
Quinta Essentia ercellit alius aquas distillatas	81..
Quinta Essentia Excellentia	3..
Quinta Essentia alia definitio	3..

Q. Essentia

I N D E X.

<i>Q. Essentia Ars à multis diuincognita</i>	1.
<i>Quinta Essentia subiectum</i>	18.
<i>Quinta Essentia virtutes ex Chelidoniâ</i>	72.
<i>Quinta Essentia Vtilitas</i>	2.
<i>in quâ Quintâ Essentiâ possunt resolvi omnia Metalla & Aurum</i>	56.
<i>Q. Essentiam extrahendi absq. igne</i>	31.
<i>Q. Essentiam extrahendi duplex via</i>	30.
<i>Q. Essentiam extrahendi à Floribus, herbis & radicibus</i>	79.
<i>Q. Essentia extrahendi ex Chelidoniâ</i>	72. 73.
<i>Q. Essentiam extrahendi ex pomis piris alijsq. fructib.</i>	78.
<i>Q. Essentiam extrahendi ex sanguine humana</i>	76.
<i>Q. Essentiam separandi à 1 V. Elementis</i>	38.

R.

<i>Recapitulatio primi Regiminis</i>	268.
<i>Recapitulatio secundi Regiminis</i>	267.
<i>Recapitulatio tertij Regiminis</i>	274.
<i>Recapitulatio totius Magisterij</i>	297.
<i>Reductio Aeris super Elixir</i>	288.
<i>Reductio Aqua super Elixir</i>	286.
<i>Reductio Aqua super Terram</i>	269.
<i>Regimen primum Lapidis</i>	255.
<i>Regimen secundum Lapidis</i>	260.
<i>Regimen tertium Lapidis</i>	296.
<i>Regimen quartum Lapidis</i>	276.
<i>Registra ad temperandum ignem</i>	51.
<i>ad Renum agilitudines</i>	221.
<i>Referatio sigilli Hermetis</i>	95.
<i>Resolutio Lapidis ad perficiendum Aurum potabile</i>	212.
<i>ad Restaurationem humidi radicali</i>	224.
<i>ad Restringendum sanguinem</i>	229.
<i>Retorta.</i>	143.
<i>Rosarius Philosophorum</i>	231. 294.

S.

<i>Sanatio hominis ex Agone Mortis</i>	73.
<i>Sanguis humanus quid sit</i>	55.
<i>Sanguinis humani extractio</i>	76.
<i>contra Scrophulas Faciei</i>	172.
<i>Secretum in naturâ</i>	142.

25

Sepa

I N D E X.

<i>Separatio IV. Elementorum</i>	109.
<i>Separatio alia IV. Elementorum</i>	110.
<i>Sigillum Hermeticum</i>	90. 94.
<i>Sigilli Hermetici reseratio.</i>	95.
<i>Sol, quomodo affinitur</i>	131. 132.
<i>Sol, quomodo pulverisatur</i>	132. 134.
<i>Sol vel Luna, quomodo separantur.</i>	132.
<i>Solutio Solis.</i>	157.
<i>Solutio, Sublimatio & Coagulatio, quomodo intelligenda est.</i>	29.
<i>contra Spasmodum.</i>	172.
<i>Sperma viri non prodest</i>	315.
<i>Spiritus, quomodo reducuntur in corpus.</i>	161.
<i>Spirituum fixio.</i>	169.
<i>ad Splenem.</i>	185. 189. 221.
<i>ad Sterilitatem.</i>	196.
<i>ad Stomachum.</i>	171. 184. 188. 221.
<i>ad Stranguriam</i>	185.
<i>Sublimatio Terra</i>	271.
<i>Substantia Metallina.</i>	212.
<i>Sulphur, quid sit.</i>	206.
<i>Sulphur, ubi invenitur.</i>	241.
<i>Sulphur album & rubeum.</i>	272.
<i>Sulphur album quomodo fit rubeum.</i>	244.
<i>Sulphur extraneum est causa imperfectionis omnium Metallorum.</i>	236.
<i>ad Surditatem Aurium.</i>	171. 194.
<i>Syderum Cursus ex influentia primi mobilis.</i>	23.

T.

T erra & ignis ablutio	267.
Terra & Ignis calcinatio.	267.
Terra proprietates.	168.
Theoricam qui ignorat, practica bene assuescere non potest	232.
<i>Thesaurus occultus Philosophorum.</i>	152. 295.
<i>ad Torturam intestinarum.</i>	226.
<i>ad Toxicum.</i>	224.
<i>Transmutatio corporum Metallorum.</i>	248.
<i>ad Tremorem Membrorum.</i>	172.
<i>Tripes Arcanorum.</i>	8.
<i>ad Tu</i>	

I N D E X.

ad Tumorem Gigivarium	194.
ad Tussim, Aqua vita	184.

V.

Vas ad circulationem optimum	25.
Vas circulatorium; quod Gemini dicitur	20.
Vas Cœcum Circulatorium	139. 21. 34.
Vas Cupreum vel Ferreum	41.
Vas descensionis è Terrâ vel Cupro	91.
Vas lutatum in quo est vinum pro Q. Essentia distillâda	7.
ad Venenum cura	171.
ad Vermes Aurium	171. 181. 194.
ad Vertiginem Capitis	185. 193.
Vinum acetosum, quomodo suam naturalem substantiam redditur	171.
Virtus Aeris	112.
Virtutes Chelidonia	67.
Virtutes Quinta Essentia ex Chelidonia	71.
Virtutes & Natura Oleorum ex quatuor Elementis	75.
Vis Aqua	167.
ad Visum	239.
Vrina alba in digestionem significat	283.
Vtilitas Aqua vita	60.
Vtilitas Auri potabilis	112.
Vtilitas Quinta Essentia	2.
Vtilitates Magisteriorum	278.

F I N I S.





